Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-607500-p0001-4

ch ß

Sammelband 13

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-607500-p0002-9

# HODEGETICI
*AD*
## ARTEM CONCIONATORIAM
# CARPZOVIANI
## Uberior Explanatio
Privatis Uſibus
dicata
à
L. TILEMANNO ANDREA RIVINO,
Ebr. L. P. P. & Archidiac.
*Cum Privil. Elect.*

---

*LIPSIÆ,* CIↃ IↃ CXCI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-607500-p0003-5

Eloquentiæ Sacræ
Inſtauratori prorſus incomparabili
VIRO
*MAGNIFICO, MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO & EXCELLENTISSIMO*
DOMINO
# JOH. BENEDICTO CARPZOVIO,
Theologiæ Doctori & Profeſſori P. & ad D. Thomæ Paſtori benemerentiſſimo,
*Domino, Præceptori, Promotori, & in Chriſtô Parenti ſuo ætatèm devenerando*
Pagellas haſce
Gratitudinem & obſervantiam teſtaturus inſcribit
L. TILEMANN ANDREAS RIVINUS,
V. D. M.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-607500-p0004-0

## Varro:

*Evidentiſſimum docendi genus eſt ſubjectio Exemplorum.*

## Seneca:

*Longum iter eſt per Præcepta: Breve & efficax per Exempla. Plus tamen tibi viva vox, quam Oratio proderit.*

בעה"ו

TRita jam ſatis & famoſa via eſt, quam Hodegeticum Carpzovianum ad artem concionatoriam tendentibus oſtendit. Eandem & ego non ſolùm in officio publico calcare ſoleo, ſed & privatim Auditoribus meis jam per decennium monſtravi: ita quidem, ut quæ B. Vir ſaltem præceptis, iisque brevibus innuit; hæc paulò fuſius ad faciliorem feliciorémq; tyronum progreſſum exponerem, adjectis monitis quibusdam ſpecialioribus, & Exemplis, quæ dici vix poteſt, quàm expeditum, in hoc præſertim ſtudio practico, reddant iter & facilitent. Cæterum, cum quæ ſuperioribus annis per diſcurſum propoſueram, calamo ab Auditoribus excepta, totiesque deſcripta, & mendis adeo (prout evenire aſſolet) non paucis nec levibus infecta fuerint; curavi ſumtibus meis eadem reviſa & emendata typis imprimi, jamque tertiâ vice recudi. Quod ſi adhuc aliqua à me, dum brevitati ſtudeo, aut omiſſa penitus, aut obſcurius dicta videantur, ea praxis uberior privatis horis more ſolito continuanda ſufficienter aut illuſtrabit aut ſupplebit. Quod inſtitutum noſtrum DEUS propitius in ſui gloriam, & Eccleſiæ commodum provehere ac ſecundare dignetur!

# AD APHOR. I.

## *De Prærequiſita Pietate ac Idoneitate.*

APhoriſmus hic præliminaris eſt, ac prærequirit in Concionaturo cùm pietatem, tum idoneitatem. Pietas omnia vitia intellectus, voluntatis & Affectuum excludit, econtra puritatem intentionis requirit; ut quisquis tam arduum ac divinum opus aggredi, ac ſummi DEI præconem & interpretem agere velit, ſcopum non alium ſibi præfigat, quàm DEI, principalis ſui, gloriam, incrementum Eccleſiæ, ſuamque, & Auditorum ſalutem ſempiternam. Præprimis autem exeſſe jubet Autor κενοδοξίαν ſeu vanum placendi ſtudium, cui addictus Chriſti miniſter eſſe, cenſura Pauli, nequit Gal. I, 16. Et quamvis negandum non ſit, improbos quosdam & ſcandaloſam vitam agentes nihilo ſecius egregiis donis miniſtrantibus à Dei benignitate dotari, eosq;, præſertim quod leves & audaces ſint, magnâ cum παρρησίᾳ, magnoq; applauſu verba de ſuggeſtu facere. Rectius tamen iſti & ſuæ & Auditorum

ſaluti conſulunt, qui non niſi piè ac reverenter ſacerrimos hoſce labores ſuſcipiunt ac tractant; probe penſitantes, quale & quantum ſit, ex DEO, coram DEO, in ac de Chriſto loqui 2. Cor. II, 17. Hi ſane gaudebunt divinâ gratia, largaque benedictione, aut fallet fides Domini dicentis: Beatitudines vivi, qui non ambulat in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſubſiſtit, ſed potius in verbo Domini delectatio ejus, & in Doctrina ejus nocte dieq; meditatur, non ſolùm ſpeculative, ut cognoſcat & intelligat, ſed & practice, ut ipſo opere exprimat & exequatur. Hinc erit ſicut arbor plantata ſecus rivos aquarum, quæ fructum ſuum ſuo tempore dabit, & omne quod faciet, proſpere ſuccedet, Pſ. I. Itemque: Pietas ad omnia conducit promiſſionem habens prout alterius, ſic & hujus vitæ, variæque in ea proſperitatis. 1 Tim. IV, 8. conf. omnino Hulſem. Method. p. 271. ſeq.

Cum pietate porrò & Idoneitas requiritur ſeu ſufficiens habilitas, quæ olim viris θεοπνεύστοις habitu immediate θεοσδότῳ ac infuſo aderat, hodie vero non niſi indefeſſis

feſſis & precibus & ſtudiis acquiritur. Poſtulat autem hæc Idoneitas ad homileticum ſtudium dextre auſpicandum cognitionem (1) *Linguarum* S. Scripturæ *Originalium*, Chaldæo-Ebraicæ & Græcæ, ut ſaltem Textus in ipſis fontibus legi, ejusque ſenſus, beneficio Analyſeos Grammaticæ, proprio Marte poſſit erui. (2) *Rhetoricæ, Logicæ, & Metaphyſicæ*, ut ſubjectum, prædicatum, cauſam Eff. materiam, formam, finem, adjuncta, cognata, &c. it. media probandi, eorumque vim illativam rectè diſcernere, atq; ſic Textum decenter reſolvere, tumque conceptus ſuos venuſte, graviter & facunde, perſpicue & penetranter eloqui calleat. (3) *Theologiæ Poſitivæ & Polemicæ*, ut non ſolùm noſtræ Orthodoxæ doctrinæ ſed & Heterodoxæ Antitheſeos aliqualem habeat notitiam, neq; ſi forte in Heterodoxum interpretem inciderit, in ejusdem hæreſin ſe præter omnem opinionem patiatur abripi. In hiſce tribus debet omnino, quantum ſatis eſt, inſtructus eſſe, quisquis cum fructu & ſucceſſu artem hanc Homileticam aggredi vult. Nam qui in Linguis Origg. in diſciplinis Philoſophicis,

in Theologicis, plane rudis eſt adhuc, is certe oleum & operam perdet in addiſcenda Methodo Concionandi. Quamvis de cætero non adeo exactam & Acroamaticam dictarum rerum notitiam requiramus ſed mediocrem & ſufficientem; neq; probare poſſimus iſtorum rigorem, qui cum Gerhardo ſtudium hoc Homileticum ad annum ſtudii Theologici quartum rejiciunt, aut cum Alſtedio plane abſolvendum prius eſſe curſum Theologicum ſvadent, quàm quis animum ad iſtud appellat. Nam ut alia taceam, v. g. memoriam poſt annum æt. 23. judicio creſcente, decreſcere ſenſim, quæ tamen ad ediſcendas formulas Scripturæ adhuc vegeta requiritur: vel ſola hac de cauſa mature, tempeſtive tamen, inchoandum eſt hoc ſtudium, quo, dum adhuc in Academiis commorantur, & iſtic Concionatores excellentes & Methodicos audire datur, ex ipſorum praxi, modoq; procedendi non parum proficiant; cùm aliàs præceptorum Homilet. ignari artificium iſtorum in inveniendo, diſponendo, explicando, amplificando, movendoque non penetrent. Artificem enim nemo perſpicit

ſpicit niſi ipſe artifex, aut artis iſtius quodammodo peritus. Bene Auguſtinus: Si acutum & florens adſit ingenium, facilius adhæret Eloquentia legentibus & audientibus Eloquentes, quam Eloquentiæ præcepta ſectantibus. l. 4. de Doctr. Chr. c. 3. Ibidem ad Cicer. de Orat provocans: Et ipſos, ait, Romanæ Eloquentiæ Principes non piguit dicere, quod hanc artem niſi quis cito poſſit, nunquam omnino poſſit perdiſcere &c. Unde nobis arridet conſilium B. Forſteri, Hülſem. Methodo ſubjunctum p 421. n. 1. & 423. n. 5.

Cæterum hæc idoneitas redarguit temeritatem eorum, qui absq; ſufficienti inſtructione munus hoc adoriuntur, modo felicem memoriam nacti *Homilias ex Poſtillis* recitare poſſint. (§. 4.) Quo ipſo tamen B. Autor non omnem Poſtillarum uſum, ſed abuſum ſaltem improbat. Uſus earum legitimus atq; laudabilis eſt, ſi ſedulò legantur hujusmodi Poſtillæ ſeu ſcripta clarorum Virorum Homiletica, ut exinde ſtylus & Elocutio, itemq; materia Theologica, quin totum artificium diſponendi, amplificandi, illuſtrandi, probandi, exagge-

randi perdiſcatur. Abuſus vero eſt, ſi quis integra folia, integra Exordia aut partes Concionis exinde deſcribere & recitare in ſuggeſtis publicis audeat. Atq; de hujusmodi Poſtillarum heluonibus capiendæ ſunt querelæ Apoſtoli, Bernhardi, aliorumq; Theologorum magni nominis Lutheri, Affelmanni, Dorſchei, Königii, quos vide ſis in præfat. Theol. Poſ. Acr. Königii.

## AD APHOR II.

## *De electione ac lectione textus.*

Textus quamprimum electus eſt, argumento hujus Aphoriſmi, legatur, intelligatur & ediſcatur. Ubi circa *Electionem* Textus, ſi ea Concionatoris arbitrio relicta ſit, prænotamus eligendum eſſe Textum Biblicum, eundemque congruum & adæquatum, ſeu juſtæ qualitatis & quantitatis.

Dico (1.) eligendum eſſe T. Biblicum qui materialiter & formaliter talis ſit, nec ſaltem quoad materiam & argumentum, ſed & conceptis verbis, iiſdemq; formalibus in Libro V. aut N. Teſt. Canonico habeatur. E Catechiſmo v. vel cantione quadam, vel precatione Eccleſiaſticâ, vel ſcripto Bibliorum

rum Apocrypho deſumendus non eſt; quam diu libertas Textum ſumendi penes ipſum Concionatorem eſt. Alia vero ratio eſt concionum Catecheticarum, quæ publica Magiſtratus autoritate fiunt; i temque funebrium, quibus Textus Apocryphi quandoq; ab ipſis piè defunctis, eorumve cognatis aſſignantur. Hoc ſi contingat, duo præprimis obſervari poterunt: primò in tranſitu ad Tractationem, vel m. in Exordio conferatur Textus cum aliis parallelis Canonicis; deinde in tractatione Analyſis Grammatica negligatur, nec Emphaſis vocum aut phraſium in T. occurrentium tantopere urgeatur, quippe quæ ab ipſo Spiritu S. immediatè inſpiratæ non ſunt.

Dixi (2) Textum adæquatum & juſtæ quantitatis eligendum eſſe, ne ſcilicet juſto brevior au t prolixior ſumatur. Non prolixior, quàm ut ſpatio unius horulæ decenter abſolvi poſſit; nec brevior, quàm qui perfectum ſenſum & propoſitionem integram contineat. Ubi notandum, ſi ſubjectum propoſitionis vel aliud principale explicans non in ipſo Textu ſed verbis antecedd, habeatur, id inde repetendum eſſe,

& in prælectione Textus ſupplendum v.g. 1. Joh. I. 7, legatur: Das Blut J. C. (non ſeines/ ſed) GOttes Sohns ꝛc. 1. Tim. II, 4. non legendum welcher/ ſed: GOtt will ꝛc. v. 15. Das Weib (non verò Sie) wird ſelig ꝛc.

Dixi (3) Textum congruum & juſtæ qualitatis eſſe ſumendum, qui nempe tempori, auditorio, ac perſonæ dicentis conveniat. *Tempori*, ne v. g. tempore Paſchatis de nativitate C. aut effuſione Sp. S. ex profeſſo agatur; niſi forte ſeries & ordo Textuum id requirat, ſi quis integrum librum ordine pertractandum ſelegerit. Præprimis autem Studioſi ſcopum principalem pericopæ Evangelicæ proximè præteritæ reſpicere debent; textumque talem decernere, qui non qualitercunque iſti aut ſaltem ejus particulæ conveniat, ſed ad ipſummet ſcopum iſtius pertingat ac pertineat. *Auditorio*, ne v. g. de Magiſtratu ritegerendo coram plebejis, de luxu inter pauperes, de agricultura in erudito cœtu, aut aliis hujusmodi ſine Auditorum fructu pluribus agatur. *Perſonæ* denique *dicentis*, ne Studioſus Textum vehementer Epanorthoticum, aut res conjugium ſpectantes

ex inſtituto tractet. Quæ omnia quàm optimè ſua quemque prudentia docebit.

Porrò, poſtquam Textus hâc ratione delectus eſt, *legatur* aliquoties, familiarisque reddatur. Eſt enim Textus veluti Centrum & meta totius concionis, quorſum id omne quod proferimus, collimare debet: Fons eſt, è quo argumenta potiora & principalia haurienda ſunt; baſis eſt & fundamentum, cui tota tractatio innititur; quid quod ipſa Concionis anima, vitalisque quaſi Spiritus eſt, qui animare iſtam debet, vivamque ac penetrantem reddere. Indeque non ſolum materialia Textus ejusque contenta, ſed ipſa quoque verba formalia ſubinde urgenda & inculcanda ſunt. Atque adeo vel maximè conducit & neceſſum eſt, ut Textus ante omnia ſemel iterumque cum curâ legatur, rectè intelligatur, & firmiter memoriæ mandetur.

Cæterum in §. 2. oſtendit Autor tria media ad meliorem Textus intellectum deducentia: (α) jubet fontes & verſiones evolvere; (β) proprio labore Textum reſolvere, ſenſumque perſcrutari; tùm demum (γ) Commentatores adire.

Ad (α) Inſpiciendus *primùm* Textus eſt in Verſione Lutheri, ut ſaltem aliqualis ejus cognitio habeatur. *Mox* in fonte Ebræo, ſi dictum V. Teſtamenti, vel Græco, ſi N. fuerit, inquiratur. *Tùm* verſiones præcipuæ conſulantur. Hæ namque cum fontibus collatæ textui non raró plus lucis fœnerari poſſunt, quàm Commentarius etiam ſatis prolixus; quandoquidem pauciſſimi Cōmentatorum Emphaſes vocum ac phraſium advertunt, quas tamen, qui verſiones varias cum fontibus confert, non difficulter aſſequetur.

Evolvantur E. verſiones (1.) Orientales, præſertim Chaldaicæ, Targumim dictæ, quantum ad V. T. (quarum potiores ſunt Targum Onkeli, & Jeruſalemitanum in Legem, & Jonathanis in Prophetas, habenturq; in Bibliis Rabb. Buxtorff.) & Syriaca, quantum ad N. quæ ſi non ab Apoſtolo quodam, certe ab Apoſtolico Viro conſcripta creditur. De hac videatur Hotting. Smegm. Or. p 282. Walth. Off. Bibl. §. 341. ſeqq. De illis Hotting. Theſ. Phil. p. 256. 257. 259. 264. Walth. l. c. §. 393. Equidem B. Autor mentionem ha-

rum

rum nullam fecit eò, quod pauciſſimos eheu! ad intimiorem hujus literaturæ notitiam adſpirare noverit; non autem quod vanum & infructuoſum laborem hunc fore putârit. Contrarium enim evincunt exempla, quorum unum & alterum ex innumeris dabimus v. g. Gen. 8. 21. de ſacrificiis Noachi dicitur: Et odoratus eſt Jehovah odorem illum quietis. Hanc ἀνθρωποπάθειαν *Onkelus* recte expoſuit וקבל יהוה ברעוה ית קרבניה & acceptavit Deus cum beneplacito oblationem ejus. Gen. XI, 7. Agedum deſcendamus, egregiè reddidit: הבו נתגלי venite revelabimus nos &c. Sic *Hieroſolymitanum* exponit Prot Evangelium Gen. 3, 15. de ſanatione hominum à morſibus Diabolicis futurâ in diebus Meſſiæ: יהוי אסו לבנהא דאתתא ביומוי דמלכא משיחא Item Gen. 49. 18. expreſſè de Meſſiâ: Non expecto redemtionem Gideonis & Samſonis, quæ temporalis eſt, אלא לפורקניה דמשיח בן דויד דהוא עתיד לאיתאה, ſed redemtionem Meſſiæ F. Davidis, qui venturus eſt. *Jonathan* Eſ. XII, 3. aquas de fontibus ſalutis hauriendas ſuaviſſimè de novâ Evangelii doctrinâ interpretatus eſt: ותקבלון אולפן חדת Et accipietis novam doctrinam &c. Eſ. 52, 13. diſerte Meſſiæ nomen inſerit: הא יצלח עבדי משיחא Ecce proſpere

aget

aget ſervus meus Meſſias &c. Sic *Syrus* interpres Luc. I, 15. ἔτι ἐκ κοιλίας ne quis intelligat, inde ab utero, poſtquam ex utero in lucem editus eſt, ſignificanter expreſſit: עד הוא בכרסא dum adhuc eſt in utero. Et Act. 2, 31. quando de anima Chriſti dicitur quod non ſit in ſepulchro relinquenda, clarius id Syrus de totâ perſonâ Meſſiæ expoſuit, quam anima Synecdochice innuit. ומלל על קימתיה דמשיחא דלא אשתבק בשיול, locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quod non ſit derelinquendus in ſepulchro &c.

(2) Græca quoque Verſio adhibenda eſt, LXX. viralis ab autoribus dicta, de cujus ortu, miraculis, valore, aliisque huc ſpectantibus egit prolixe Waltherus loc. cit. §. 317. ſeqq Hotting. Theſ p.281 ſeqq. Atque hæc vel iſto nomine magni habenda eſt, quod ipſe Chriſtus & Apoſtoli eam, utpote tùm temporis uſitatam, etiam à fontibus aliquantiſper diſcedentem retinuerint, ut notum eſt. De reliquis verſionibus Græcis, Aquilæ, Theodotionis, Symmachi, Luciani, Heſychii, aliisque, non eſt, ut ſolliciti ſimus, cum tempus edax rerum ipſas quoq; devoraverit. vid. Walth. l.c. § 323. ſqq.

(3) Latinæ etiam in ſubſidium vocari poterunt, præſertim Vulgata, quæ quanquam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-607500-p0018-8

quanquam erroribus mendisq; non careat, penitus tamen ſpernenda non eſt, quod vulgo ſolet fieri. Commendant eam prolixè Lud. de Dieu præfat. animadverſ. in Evang. & Paulus Fagius in Paraphr. Chald. Geneſ. 4, 8. ubi ſupplementum Vulgatæ è Targum Jeruſal. deſumtum oſtendit. Ipſe quoq; D. Auguſtinus barbariſmum excuſat Vulgati, cum diceret ſangvines Pſ. LI. quaſi maluerit pius interpres minùs Latine dicere, quàm minus propriè. Enarrat. in Pſ. T. VIII. f. 493. Sic Druſius etiam ſatis benignè de eâ ſentit, Quæſt. l. 2. qu. 81. quod ſc. haud paulo melior ſit, quàm vulgo exiſtimant. Imò Joh. Boiſius Anglus auſpiciis Lancelotti Epiſc. Wintonienſis edidit Londini An. 1655. collationem veteris Interpretis cum Beza aliisque recentioribus, & hos ab illo ſine juſtâ cauſâ ſæpius diſceſſiſſe probat in 4. Evangg. & Actis. Præter iſtam Vulg. Lat. adhibeatur etiam verſio Junii ac Tremellii, quæ Idiotiſmum Linguæ S. in notis margini adjectis, ad verbum exprimit, in Textu ſenſum reddidit; Item Pagnini, Vatabli, Bezæ, Oſiandri, & quotquot præterea præſto fuerint.

(4) Belgica denique verſio, quæ decreto Synodi Dordracenæ prodiit, haud vilem promeret laudem; præſertim quod inſtar Bibliorum Vinarienſ. loca parallela conferat inſigni cum delectu, textumq; originalem preſſe & κατὰ πόδα ſequatur, indeque Idiotiſmo Ebræo addiſcendo perquam idonea ſit, cenſente Hulſem. Meth. Stud. Th p. 291.

Ad β) Poſtquam igitur hâc ratione Textus in fontibus & Verſionum rivulis ſpectatus eſt, porrò induſtriâ propria perveſtigari debet ſecundum principia & media Hermenevtica. Scilicet conſideretur Scopus, Contextus, Phraſeologia, Parallelismus, Analogia fidei, quâ de re in Hermenevtica S. & Ideâ B. Interp. à B. Dannhauero pluribus actum, & nobis etiam in ſubſeqq. Aphor. quantum ad inſtitutum noſtrum attinet, agendum eſt.

Ad γ) Atque ſic demum conſulendi ſunt Commentarii. Præpoſterè enim & perverſè agunt illi, qui alienis potius oculis, quam ſuis malunt videre, & in evolutione Textûs non ſuam induſtriam experiuntur prius; ſed ſtatim in Commentatores

irru-

irruunt, atque hinc materiam dicendorum ſenſumque Textus excerpunt. Unde non rarò cum ſuis Doctoribus fallunt & falluntur, & iſtis errantibus aberrant & ipſi à veritatis tramite. ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν. Matt. XV, 14. conf. Gœbel. Method. p. 351. ſeq.

## AD APHOR. III.
## *De Inveſtigatione V. Generum.*

Præcipit hic Aph. Textum ad certum genus congruè reducere. Quod ut fiat, ſcopus & argumentum T. obſervanda ſunt. Significat autem h. l. argumentum non medium aliquod probandi aut illuſtrandi aut explicandi Thema, quo ſenſu poſtmodum occurret; Sed hîc idem eſt ac ſumma, tenor, & contenta Textus. Et quidem argumentum ex Objecto, ſcopus è ſpecie cognoſcitur, ex ambobus oriuntur formæ propriæ, quas infra dabimus p 24. Quare duo hic agenda ſunt (1) Noſſe debet Concionaturus quinq; genera dicendi, vel cauſarum (promiſcuè enim his terminis B. Hulſem, utitur) & uniuſcujusq; generis

Obje-

Objectum atq; Species in Abſtracto ſ. præceptis Idealibus. (2) Sciat Textum quemlibet oblatum ad unum vel plura iſtorum generum reducere.

Quinque iſta dicendi genera, (quorum fundamentum Apoſtolus ipſe ſuggerit 2. Tim. III. 16, coll. Rom. XV, 4) eorumq; objecta & ſpecies oſtendit Hulſem. Orat. p. 20. ſeq. ad quem proinde Carpzovius h. l. remiſit. Scilicet Objectum generis *Didaſc.* & *Elenchtici* eſt πιςὸν τι ſeu omne ſcibile & credendum vel hiſtorice vel dogmatice in S. literis contentum, ut hiſtoria, aſſertum. *Pædevtici* & *Epanorth.* Objectum eſt πρακτόν τι ſeu agibile quà tale, virtutes & vitia. Notanter autem dixi reduplicativè, quà tale. Nam ſi non ut agibile, ſed potius ut cognoſcibile tractetur ac deſcribatur quid aut quale ſit vel non ſit, pertinet ad genus Didaſc. vel Elench. E. g. Matth. V. 27. 28. agit de adulterio Elenchtico-didaſcalicè. Refutat enim Judæos, externo ſaltem opere ſtuprum committi putantes, docetque ſolo aſpectu ac deſiderio poſſe patrari. Prov. XI, 13. detractor deſcribitur ac aſſeritur ejusdem Cacoethes. *Conſolatorii* denique generis Objectum eſt παθητόν τι ſ. patibile h. e. quævis cala-

mitas

mitas ſive ſpiritualis ſive corporalis. Spirituales ſunt v. g. terror conſcientiæ, dolor ob illecebras carnis, tentationes Satanæ, dubitatio de amore DEI, ejusq; gratioſa providentiâ & aſſiſtentiâ in cruce, de ſalute æternâ, &c. Corporales v. g. paupertas, perſecutio, diffamatio, propinquorum mors aut calamitas, morbus, ac dolores mortis, corporis defuncti miſerabilis ſtatus &c. Hæc de Objectis quinque generum.

Circa Species nos paulo diſtinctius, quàm ab Hulſemanno ejusque aſſeclis factum eſt, procedere ſolemus, & ad juvandam Auditorum memoriam unicuiq; generi tres ſaltem ſpecies principales aſſignamus, ad quas tamen Textum quemlibet ſatis commodè referre licebit. Eccur enim Entia præter neceſſitatem multiplicaremus? *Species* E. generis *Didaſc.* ſunt 1. Narratio 2. Aſſertio. 3. Prædictio.

*Elencht.* 1. Refutatio 2. Diſceptatio 3. Erroris exprobratio.

*Pædevt.* 1. Adhortatio 2. Commendatio. 3. Precatio.

Epa-

*Epanorth.* 1. Dehortatio 2. Vitii exprobratio 3. Comminatio.

*Conſolat.* 1. Conqueſtio 2. Conſolatio 3. Auxilii promiſſio vel præſtatio.

Ad genus didaſcalicum pertinent 1.) *Narrationes* quales in plerisque pericopis Evang. occurrunt. In feſto Nativitatis C. nativitas, Paſchatos C. reſurrectio, Epiphaniæ Magorum adventus enarratur. 2.) *Aſſertiones* 1. Tim. II. 5. 6. c. I. 8. Eſt autem aſſertionis terminus h. l. paulò ſtrictius accipiendus, ut reliquas omnes commemoratas ſpecies, quas late ſumtus comprehenderet, excludat. Deſcriptiones verò complectitur, cum iſtæ aſſerant, quid res deſcripta ſit: v. gr. Ebr. XI, 1. It. Doxologias quasdam v. g. Matt. VI, v. 13. Apoc. IV. 11. Aliàs ad genus Pæd. ſpectant, & ſi optativè capiantur, ad precationem Rom. XI, 36. 2. Tim. 4, 18. ſenſu enim coincidunt cum petitione Precationis Dominicæ primâ; Si v. parænetice ſumantur, ut alios ad laudes & gratias DEO dicendas excitent, ad adhortationem referendæ ſunt v. gr. Apoc. VII, 12. Rom. VI, 17. 3) *Prædictiones* & vaticinia. Joel. II, 28. Eſ. VII, 14. Ubi tamen attendendum eſt, num forte ſpecialior ſcopus adſit, nec nude prædicatur eò, ut ſciamus id futurum, ſed ut vel ad informationem aut correctionem morum, vel ad erectionem afflictorum vergat. Nam & prædictiones pœnæ dantur, quæ ad Comminationem Epanorth. & prædictiones præmii, quæ ad Commendationem ab Utili Pædevt. & prædicti-

ones auxilii, quæ ad promiſſiones Paraclet. ſpectant.

Ad genus Elenchticum 1.) *Refutatio*, Jac. I. v. 13. Matth. V, 17. 18. 2.) *Diſceptatio*, Gal. III. 2. 5. Eſ. VIII, 19 Matth. XXII, 36. 42. 45. 3.) *Erroris exprobratio*, Matth. XXII, 29. Gal. III, 1. Matth V, 43.

Ad genus Pædevticum 1.) *Adhortatio*, Tit. II. v. 1. 7. huc præcepta referimus Joh. XV, 17. item ſuaſiones & conſilia, 1. Cor. VII. 1. ſeqq 2. Cor. VIII, 7. 8. Apoc. III, 18. 2. *Commendatio* virtutis cujusdam, 1. Tim IV, 8. coll. 7. Prov. IX, 10. 11. coll. 6. Jac I, 27. coll. 21. 22. Levit. XXVI, v. 3. 4. coll. 2. Videntur equidem hujusmodi Textus ad Genus Didaſc. pertinere, quod aſſerant utilitatem de pietate, acceptabilitatem & honeſtatem de curâ orphanorum, vel prædicant divinam remunerationem obſervatoribus Legis, &c. Malumus tamen eosdem cum Hulſem. propterea ad genus Pædevt. reducere, quod pro ſcopo & fine ultimo habeant adhortationem & excitationem ad haſce virtutes, ceu patet è contextu. Non enim hoc ſaltem fine commendantur, ut earundem qualitates cognoſcamus, ſed potius ut ad exercitium ipſarum inſtigemur, qui ſane finis eſt Pædevticus, non nude Didaſcalicus. 3.) *Precatio*, Pſ. V, 2. 3. VI, 2. Hujusmodi preces nos cum B. Hulſem. ad genus Pæd. referimus non quidem propriè, ſed ſaltem Analogicè; quod quaſi DEUM hortentur, ad exercendam beneficentiam, aut miſericordiam, aut Juſtitiam boni & mali retributivam, &c. Hinc & ejus-

modi

modi precationes,aut, ut ita dicam, adhortationes DEUM ad hoc vel illud agendum inſtigantes & ſollicitantes per argumenta Pædevtica præeunte Scripturâ deduci poſſunt ac debent, v.g. poſſet argumentum peti *à deſiderio* piorum,quod reſpondet argumento Pæd. à mandato, Pſ. X, 14. V, 2.3. *ab æquo* ſive officio quaſi divino,Pſ.CXLIII,11.13. X,14. XXVI,1. *ab Honeſto & glorioſo*, Pſ.LXXIX. v.9. LXXXIII,19. Eſ. XXXVII, 20. *ab inhoneſto & indecoro*, ſi omittatur, Num. XIV,15.16. Pſal. CXL,9. X,13. LXXIX,10. *à neceſſario*,Pſ LXIX,1. LXXIX,8.CXLIII,8.*à facili*,Pſ.XXXI,5. LXXIX. v.11. *ab utili*, quale quid eſt Eccleſiæ incrementum, Pſ.CXLII,8. hoſtium confuſio, Pſ.LXXXVI. v.17. piorum commodum, Pſ. XC,13. *à damno*, ſi omittatur, Pſ. XII, 9. Hâc ratione patet, quod preces piorum Pædevticè tractari & velut adhortationes aut ſuaſiones per argumenta Pæd. deduci queant, imò debeant. Aliàs pertinent preces piorum ad Genus Conſolat. cum pleræque querelas, cunctæ ſolatium contineant. Neque enim efficacius in cruce erigimur,quàm fuſis ad DEUM precibus, quibus divinam bonitatem & miſericordiam potentemque aſſiſtentiam in mentem revocamus, & ſolicitudines afflicti cordis noſtri in ſinum benigniſſimi Patris effundimus.

Ad genus Epanorthoticum 1.) *Dehortatio*, 1. Cor. VI.18. Luc. XXI,34. Rom. XII, 9. Exod. XX,13. ſeqq. Eph. V,3.4. 1. Tim. II. v. 12. Ubi notetur dehortationes poſſe ad Pæd. Genus reduci, ſi ſc. non ipſum vitium, à quo dehortatur

T. ſed

T. ſed ejus averſationem pro Objecto ſumamus. Sic in datis exemplis ſi ſcortatio, ebrietas, malum, pro objecto habeatur: ſpectabit ad Epanorthoſin, & ſpecies erit dehortatio; ſi v. fuga ſcort. cautio ebr. & odium mali, Objecti loco eruatur, ſpecies erit adhortatio Pæd. 2.) *Vitii exprobratio*; loquimur de vitiis non intellectûs ſive erroribus, quorum exprobratio ad Genus Elench. pertinet, ſed voluntatis & affectuum, 1. Cor. XI, 17-22 V, 1.2.6. VI, 1.5.6, 7. Eſ. V, 1-4.7. 3.) *Comminatio & Imprecatio*, 1. Cor. V. 3-5. Rom. XI, 21. 22. Eſ. V, 5.6.8, ſeqq. Matth. XI. 21. ſqq. Act. VIII, v. 20. ſq. Hujusmodi imprecationes ad impios hâc fini directæ, ut à malitiâ ſuâ deterreantur, Epanorthoticæ ſunt. Quod ſi dirigantur ad Deum ejusq; Nemeſin implorent, poterunt ad Genus Pæd. referri, & inſtar precum per argg. probantia deduci v. g. Pſ. V, 11. IX, 18. ſqq. X, 15.

Ad genus Conſolatorium 1.) *Conqueſtio*, Pſ. XIII, 2.3. Pſ. XXXVIII, 3-15. Thren. I, 12. ſqq. Eſ. XXXVIII v. 10-14. 2.) *Conſolatio*, quando afflictus *vel* ſeipſum ſolatur, Pſ. LXXIII. v, 1. Afflictio habetur, v. 2-14. 21. 22. poſtmodum conſolatio ſequitur, v. 23. ad fin. Pſ. XXVII, v. 1-3. 10. Pſ. CXVI, 7. Pſ. XIII, 6. 2. Tim. IV, v. 18. *vel* ab alio ſolatium capit, Eſ. XLI, 14. Matth. IX. 2. Rom. VIII. 31. ſqq. 3.) *Auxilii promiſſio*, Pſalm. XCI. 14. Eſ. XLI, 10 ſeqq. 17. 18. XLIII, 1.2, 5 6. LIV. 7-10. vel *præſtatio*, ſive exemplum, cui auxilium reapſe præſtitum eſt Pſal. XCIV. 19. Eſ. XXXVIII, 17. 2. Cor. I, 5. 10.

Atque ſic perluſtravimus quinque dicendi genera non ſolùm in Abſtracto, & oſtendimus, quid genus *Didaſcalicum* ſit, quod ſcilicet credendum quid aut narrat aut aſſerit aut prædicit; *Elenchticum*, quod aut errorem refutat, aut iſtum exprobrat, aut de ipſo diſceptat; *Pædevticum*, quod aut virtutem præcipit, aut eam commendat, aut DEUM precatur; *Epanorthoticum*, quod vitium exprobrat, aut prohibet, aut comminando deterret: *Conſolatorium*, quod aut de calamitate conqueritur, aut afflictum conſolatur, aut auxilium promittit, vel præſtitum oſtendit: Sed etiam in Concreto genera hæc propoſuimus; in exemplis nempe textibusque Biblicis ad certum quoddam genus reductis. Idipſum autem, quod nos in datis exemplis egimus, cum quovis Textu pro concione tractando inſtituendum eſt prius, quàm de ipſius Analyſi aut diſpoſitione nedum elaboratione cogitetur. Quodſi Textus ad unicum genus pertineat, rés oppido clara eſt & facilis; at paulò difficilior & intricatior, ſi plurium generum habenda ſit ratio. Hoc autem (quod probè notetur) non unâ ratione contingit. Vel enim

in

in diverſis generibus unus idemque Textus eſt.

I.) Pro diverſo reſpectu, idque iterum tripliciter: (1) reſpectu *ſubjecti* Textum proponentis, quod *α*) vel loquens eſt, vel ſcribens. Iſtius ſcopum dicimus ſecundarium, hujus primarium. Atque hic ſcribentis iterum duplex, *β*) vel n. Textualis eſt, è Textu in ſe & abſolute ſpectato conſpicuus; vel Contextualis, è cohærentiâ Textus cum antecedd. & conſeqq. patens. (2) reſpectu *Objecti* perſ. diverſi, ad quod eadem T. verba referri poterunt. (3) reſpectu *Textûs* ipſius, prout vel Elocutio, vel Senſus attenditur.

II.) Ratione diſtinctarum partium ſuarum, ut una particula Textûs ad genus v. g. Didaſcalicum, alia ad Pædevt. & rurſus alia ad Conſolat. vel Epanorth. pertineat. Idque fit vel (α) *per ſe* & cum intentione dicentis, quando ipſe ſcriptor θεόπνευστος ab uno genere dicendi ad aliud dilabitur, ac datâ operâ tranſit: vel (β) *per accidens*, quando v. g. Hiſtoriam referens aliorum verba profert, quæ ad genus forte Pæd. aut Epanorth. aut Conſolat. &c. pertinent.

Dixi I) Textum eundem ad plura genera reduci poſſe pro diverſo reſpectu, modôq; conſiderandi; idque (1) quando *Subjectum*, quod dictum Textuale protulit, aliud atque aliud reſpicitur, textusq; vel ſecundum ſcopum ſcribentis ac *referentis* conſideratur, vel ſecundum intentionem *loquentis* ipſius, cujus verba recenſentur; id quod ſæpenumero contingit in textibus Hiſtoricis. *E. g. Luc. I. 30.* juxta ſcopum Lucæ ſcribentis eſt narratio; at juxta ſcopum Angeli loquentis eſt conſolatio *Act. II, 38.* ex intentione Lucæ ſcrib. eſt narratio Reſponſionis Petrinæ ad quæſtionem Judæorum; ſed è ſcopo Petri eſt exhortatio. *Eſ. XXXVIII, 1.* Textus eſt Didaſcalicus, narrans quid actum ſit cum ægrotante Hiskia: Sed juxta ſcopum Eſaiæ cum Hiskia colloqventis ſpecies eſt exhortatio ad maturam inſtantis mortis præparationem.

Quandoquidem v. ſcopus ſcribentis vel *textualis*, vel *contextualis* eſt, poteſt adhuc unus idemque Textus ad duo diſtincta genera pertinere, ſi ſc. vel abſolute non habitâ ratione contextus, vel reſpectivè collatis antecedd. & conſeqq. ſpectetur E. g. *1. Cor. VI,* 19. abſolutè Textus hic Didaſc. eſt, ſpecies aſſertio, objectum dogma de ſanctificatione. Relate vero juxta ſcopum Autoris in contextu Epanorthoti-

thoticus eſt; Species dehortatio, objectum ſcortatio. Argumentum h. l. depromit ex articulo ſanctificationis, ab iniquo, turpi, damno, ſi conferatur 1. Cor. 3. 17. Sic *1. Tim. II, 3. 4.* extra Contextum Didaſcalicus eſt, aſſerit enim acceptabilitatem Interceſſionum & gratiam DEI univerſalem. In Contextu verò Pædevticus eſt, hortatur enim ad preces pro omnibus fundendas, verſ. 1. 8. Sic *Ebr. XIII, 5. 6.* Textus eſt Conſolatorius, continens auxilii promiſſionem è Joſ. I, 5. & conſolationem ſui ipſius è Pſ. LVI, 12. In præſenti verò Contextu eſt Pædevtico-Epanorthoticus; nam dehortatur ab avaritiâ & præcipit αὐτάρκειαν, argumento petito à gratioſa Dei providentiâ, p. à DEO promiſſâ, p. à piis ſperandâ.

Jam circa hujusmodi Textus obſervandum: Si *in contextu* explicandi ſint, totumque librum ſibi pertractandum ſumſerit Concionator, debet omnino genus illud, quod ſcopus ſcribentis & Contextus oſtendit, retinere. Sic in dictis exemplis proponendum eſſet: argumentum contra ſcortationem è ſanctificatione petitum, argumentum ad interceſſionem pro omnibus habendam, divina providentia tanquam incentivum ad αὐτάρκειαν, narratio alloquii Angelici, Reſponſionis Apoſtolicæ, divini de morte Hiskiæ præſagii. Quodſi verò *ſeorſim* & extra contextum tractandi fuerint, poteſt omnino ſcopus primarius ſcri-

bentis & contextus negligi, & genus alte-
rum, ad quod extra contextum & juxta ſco-
pum loquentis pertinent, attendi; ut propo-
natur Doctrina de ſanctificatione, de precum ac-
ceptabilitate apud Deum & gratioſa Dei volunta-
te, divina providentia promiſſa & præſumpta; an-
gelica Mariæ conſolatio, Petrina ad pœnitentiam
exhortatio, prophetica ad mortis præparationem
adhortatio Hiskiæ facta.

(2) Eadem T. verba diverſorum erunt ge-
nerum, ſi ad diverſa referantur *Objecta*: v. g.
*Gen. III, 15.* præterquam quod extra contextum
prædictionem habet didaſcalicam, in contextu re-
ſpectu Satanæ Comminatio eſt, reſpectu Proto-
plaſtorum Conſolatio. *Eſ. XLI, 11. 12.* reſpectu
piorum ſunt conſolatoria; reſpectu perſecutorum
comminatoria. Pſ. LII, 3. 4. 5. reſpectu Doëgi eſt
exprobratio, reſpectu Davidis conqueſtio: verſicu-
li ſqq. reſpectu Doëgi exprobrant â vano, turpi,
damno; reſpectu Davidis conſolantur exitio ho-
ſtis, aſſiſtentiâ divinâ, levitate calamitatis, lætoq́;
hujus exitu. Atque in hujusmodi textibus
penes Interpretem eſt, quodnam objectum
ſibi præfigere velit, & quænam ſpecies præ-
dominari mereatur, judicium ferre.

(3) Reſpectu *Textus* ipſius diverſitas ge-
neris oritur, quando nunc *Elocutio*, nunc
*Senſus* obſervatur. E. c. *Eſ. IX, 6.* Elocutione
aſſertio eſt, ſenſu prædictio. *Pſ. XXII, 2. XIII, 2.*

phra-

phraſis Diſceptatoria eſt; ſcopus Conqueſtorio-Precatorius. *Pſ. XXCII, 2. Prov. VI, 9.* Elocutio Diſcept. Senſus Exprobratorio-Dehortatorius. *Jer. IX, 9.* Eloc. Diſcept. ſenſus Cominat. *Job. II, 19* Elocutio adhortatoria eſt, ſenſus non item; ſed vel Exprobratorius, per Conceſſionem (ut Apoc. XXII, 11. Ezech. XX, 39. Matth. XXIII, 32.) vel prædictorius h. ſ. Confringetis, ut Deut: XXXII, 50. Joël I, 5. ſic *Eſa. VI, 9.* Elocutio Adhortatorio-Dehortatoria; ſenſus eſt Exprobratoria prædictio, ut exponitur Matth. *XIII*, 14. Act. *XXVIII*, 26. In hiſce textibus mens & intentio Scriptoris S. primariò advertenda eſt; quamvis in aliquibus, præſertim Diſceptatoriis, & Elocutionis quædam quandoque haberi ratio queat.

Dixi II.) Textum eundem ad plura genera ſpectare ratione diſtinctarum partium, & quidem (α) *per ſe*, cum intentione Scriptoris, quæ iterum vel principalis eſt & ultimata, vel ſecundaria & intermedia. *Eph. V, 1-9.* Pædevticus v. 1. 2. 9. Epanorth. v. 3-7. Didaſcaliæ obiter inſperſæ ſunt per modum argumentorum v. 2. de amore Chriſti nos redimentis v. 8. de duplici ſtatu ante & poſt regenerationem v. 9. de fructibus Spiritus, bonitate &c. Intentione ſcil. ſecundaria doctrinas has admiſcet; primariò enim & ultimate intendit hortari; quod ut obtineat, docet. Sic *Eph. IV, 22. ſqq.* Textus eſt iterum ex intentione primariâ Pædevtico

Epanorthoticus: Pædiæ habentur v. 23.24 25. 28. Epanorthoſes v. 22. 25.-28. Secundariâ verò intentione ad quasdam Didaſc. Doctrinas digreditur, & aſſerit, qualis ſit vetus homo v. 22. qualis novus v. 24. quæ communio fidelium v. 25. Sic 1. *Cor. X, 6-13.* Epanorth. v. 6-11. Pædiæ v. 12. Conſol. v. 13. Didaſc. narrationes de peccatis pœnisq; Judæorum v. 6-10. Aſſertio. v. 11.

Sic omnis Textus argumentoſus, cujuscunque de cætero generis fuerit, admiſtum habet genus Didaſcalicum; argumenta namque in ſe ſpectata Didaſcalica ſunt.

Nunc ſi quæratur, quâ ratione tales Textus tractandi & ad quodnam genus referendi ſint? Reſpondeo, ſingulorum generum habendam eſſe rationem, ita ut Homogenea, quæ ad idem genus ſpectant, omnino conjungantur; Heterogenea verò, ſeu quæ diverſi ſunt generis, ſegregentur, etiam neglecto verborũ ordine, quem in Textu obtinent. Et quot jam genera in Textu deprehenduntur, tot (niſi ternarium excedant) partes conſtitui poſſunt in diſpoſitione naturali. Sic in exemplis prioribus proponatur: Wie S. Paulus 1) Etliche Tugenden erfordert 2) Etliche Laſter verbeut 3) Etliche Lehren vorträget. *1. Corinth. X.* Der Apoſtel 1.) vor den Sünden der Jüden verwarnet 2) zu Chriſtlicher Behutſamkeit anmahnet 3.) wider Zaghafftigkeit/ ſo

ſich

ſich hierbey ereignen könte/tröſtet. Hoc autem non iſto ſenſu capiendum eſt, quaſi neceſſariò & ſemper partitio in totidem diverſa genera formanda ſit, quot habentur in Textu. Nam poſſunt quandoque genera cognata, qualia ſunt Didaſcal. & Elench. it. Pædevt. & Epanorth. ad unam partem contrahi: poteſt genus Didaſc. in Textibus argumentoſis, ubi Didaſcaliæ probantium argumentorum vices ſuſtinent, in partitione prima negligi, & partem non partitionis primæ principalem, ſed ſaltem ſubdiviſam ſecundæ conſtituere. Sic in datis Textibus *Eph. IV. & V.* Paulus zu einem gottſeligen Wandel aufmuntert: 1.) deutlich denſelben beſchreibt/ 2.) gründlich dazu antreibt. Ad 1.) p poſitivè, was ſie thun/ p. remotivè, was ſie laſſen ſollen; vel daß er beſtehen ſol p. in vermeidung des böſen/ p. in befleiſſigung des guten. *1. Cor. X.* Pædia poteſt Epanorthoſi annecti tanquam dehortatio à ſecuritate, lapſuque incauto, quæ in receſſu eadem eſt cum adhortatione ad Chriſt. prudentiam. Hinc, wie Paulus 1.) vor ſündlicher Sicherheit warnet/ 2.) wieder Kleinmüthigkeit tröſtet.

(β) *Per accidens*, & præter intentionem S. Scriptoris poteſt Textus aliquis in pluribus generibus eſſe, v. g. *Matth. IX. 2. ſqq.* intentio Evangeliſtæ eſt narrare miraculoſam paraly-

tici ſanationem. Per Accidens verò admiſcetur genus Conſolat. v. 2. Elench. v.4.5.6. exprobrat, diſceptat, refutat. *Eſ. VII. 10-16.* Intendit Eſaias narrare colloquium Dei cum Ahaſo; per accidens adeſt Pæd. v.11. jubet enim ad confirmandam fiduciam ſignum poſcere. Epanorth. v. 13. exprobrat inobedientiam. Didaſcal. v. 14. prædicit Meſſiæ nativitatem. Conſol. v. 16. promittit auxilium propediem & antequam Schear Jaſchubh annos diſcretionis attigerit, præſtandum. *Matth. IV. 1-11.* per ſe & ex intentione Autoris Didaſcal. eſt, narrans tentationem Chriſti à Satanâ factam: per Acc. Elenchticus eſt maximam partem, dum refert, quomodo Chriſtus tentationes Satanicas refutaverit. Imò in iſto Elencho adhibentur dicta generis alîus: dogmaticum v.4. Pædevt. v. 10. Epanorth v.7. Conſolat. v.6 Ipſæ verò tentationes & perſuaſiones diabolicæ pertinent ad genus Pæd. hortantur enim ad hoc vel illud agendum, adjectis argumentis Pæd. à facili, glorioſo, utili. Atque circa hujusmodi Textus diſpiciendum eſt, quodnam genus prædominetur, ambituque ſuo reliqua per Accidens inſperſa comprehendat, ut ſcil. ſecundum illud genus, quod in Textu præcipuum eſt, inſtituatur diſpoſitio. Quæ verò particulæ admiſtæ ſunt ex aliis generibus, illæ ſuo loco tractationi inſerendæ, ac ſingulæ per argumenta ſibi ſuoque generi pro-

propria deducendæ ſunt. Hinc è Matth. IX. proponenda foret narratio de curatione paralytici 1.) in hoatâ ſive ſuſceptâ 2.) conſummatâ ſive perfectâ. Ad 1.) quis? Chriſtus, quem? adductum paralyticum, quid & quomodo? peccata remittendo, quæ peccatorum remiſſio porrò deſcribitur à conſequ. ut ſiniſtrè dijudicata ſed ſolide defenſa. Ad 2.) quibus mediis? Verbo. Quid & quomodo? ſanitatem reſtituendo, quo fine? ad convincendos calumniatores; quo eventu? glorioſo. Ex *Eſ. VII.* proponi poſſet narratio colloquii divini cum Achazo habiti de ſigno liberationis Judaicæ: in quo DEUS 1.) ſignum Achazo eligendum offert, 2.) ipſe determinat (frey ſtellt/ ſelbſt benemt) E *Matth. IV.* narratio tentationis Chriſti à Satanâ factæ, vel ſub ſchemate certaminis. 1.) perſonas, quas inter tentatio iſta verſabatur, ſive certantes. 2.) Certamen ubi tum Satanæ triplex aggreſſio, tùm Chriſti totuplex defenſio ſive repulſa. 3.) Certaminis eventus ex parte Satanæ ignominioſus, ex parte Chriſti glorioſus. In hiſce diſpoſitionibus prædominatur genus Didaſc. Hiſtoricum. Reliqua verò genera ſaltem inſpergenda ſunt tractationi, tanquam membrum ſubdiviſum & minus principale; nec tamen Hiſtoricè ſolummodo recenſenda, ſed per argumenta ſibi propria, quantum debita brevitas admittit, omnino deducenda ſunt, v. g. *Matth. IX.* Verba J. C. Confide fili &c. conſolatoriè in partis primæ membro tertio deducenda ſunt: Elenchticè in eodem membro verba Chriſti exprobrantia & diſceptan-

ptantia: it. refutantia in membro tertio Partis alterius. *Eſ. VII.* Præceptum petendi ſigni Parte primâ Pædevticè; Parte alterâ exprobratio Epanorthoticè, promiſſio auxilii Conſolatoriè tractari debent. *Matth. IV.* In ſecunda parte cuncta genera per Acc. admiſta locum inveniunt, quæ tamen ſingula ſuo modo, i. e. Pædevtica pædevticè conſolatoria paracleticè, Didaſcalica dogmaticè, dehortatoria Epanorthoticè tractanda ſunt; ita tamen, ut poſtquam unumquodque ſuo modo explicatum eſt ſtatim addatur, quo ſcopo hoc in loco adducatur. De cætero monemus iterum, oſtenſum procedendi modum eſſe quidem legitimum; non autem abſolutè ſemperque neceſſarium. Nam poſſet etiam in exemplis allatis major haberi ratio generum per Accidens admixtorum; ita, ut propoſitio quidem Didaſcalica maneat: partitio verò fiat in potiora genera, *Matth. IX.* narrat curationem Paralytici à Chriſto peractam, ejusque circa hanc tres actiones notabiles 1.) Paralytici conſolationem, 2.) Judæorum refutationem, 3.) Paralytici curationem; vel in concreto: Narratio iſta ſiſtit Chriſtum conſolantem, refutantem, curantem. Prima pars eſt Conſol. ſecunda Elencht. tertia Hiſtorica. Sic *Eſ. VII.* narrat colloquium Dei cum Achazo, vel DEUM cum Ach. colloquentem, qui 1.) ſignum poſcere jubet, 2.) inobedientiam exprobrat, 3.) auxilium promittit. Prima pars eſt Pæd. ſecunda Epan. tertia Conſol. Sic *Matth. IV.* quia genus Pæd. &

Elench.

Elench. prædominantur, ſi attendatur ſcopus colloquentium, poſſet propoſitio Didaſc. fieri, partitio verò in dicta duo genera; Narrario tentationis Satanicæ, quæ Chriſto contigit. Ubi 1.) Satanæ perſuaſiones, 2.) Chriſti refutationes: Des Satans verführiſche Vorſchläge/ ſ. betrügliche Uberredungen. Des HErrn Chriſti vorſichtige Abſchläge/ ſ. nachdrückliche Widerlegung. Sed hæc in anteceſſum h. l. prælibaſſe ſufficiat, inferius enim in doctrina de Partitione recurrent.

## AD APHOR. IV.
## *De Analyſi Grammaticâ & Logicâ.*

Præcipit hic Aphoriſmus reſolutionem Textus Grammaticam & Logicam, quæ iſtô ad genus ſuum redacto ſtatim ſuſcipienda ſequitur. Equidem B. Autor cum Hulſemanno eandem triplicem conſtituit, Grammaticam, *quæ vocabula, & phraſes ponderat & cum parallelis confert*; Logicam *quæ judicat, quid textui congruat, in eoq; affirmetur vel negetur, probetur aut refutetur*; Rhetoricam, *quæ amplificat & in textu affirmata vel negata diffuſius proponit.* Verum enim vero cùm ultima nihil minus ſit

quam analyſis, & potiori jure Geneſis aut Syntheſis vocari poſſit eò, quia textum non reſolvit aut argumenta ei inſita perquirit, ſed potiuscomponit & argumenta infert aliunde: Ideò nos illam ad argumentorum collectionem Aphor. ſequ. tractandam differimus, atque nunc ſaltem duplicem Textûs Analyſin agnoſcimus, Grammaticam & Logicam, quarum illa phraſibus, hæc rebus occupatur; illa verbis, hæc argumentis. Niſi malis obſervationem Troporum & Figurarum Rhet. in ipſo textu occurrentium, quam nos Analyſi Grammaticæ tribuimus, ab hac diſtinguere, atque Rhetoricam vocare.

Grammatica voces *primò* ſingulas perpendit, earum Etymologiam & Homonymiam i. e. originem & ſenſum, it. genus, numerum, caſus, tempus, conjugationem, & reliqua Accidentia Grammatica conſiderat. Nec ſolùm nomina & verba, ſed & Syncategoremata reſpicit, pronomina, præfixa, ſuffixa, particulas, adverbia &c. Horum enim obſervatio ſedula multum lucis textui non rarò affert, & argumenta explicantia atque probantia ſuppeditare poteſt. *Deinde* non ſufficit ſcorſim voces ſpectaſſe ſingulas,

ſed

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-607500-p0040-0

ſed & attendenda eſt earum conſtructio, ac tota phraſeologia à Spiritu S. adhibita, ut adeò ſenſus ejusdem genuinus è totâ Textûs ſtructurâ & Idiotiſmis linguæ S. dijudicari queat. *Denique* Figuræ Rhetoricæ, ſi quæ in Textu habentur, obſervandæ ſunt, ut ſacro Textui ſua in dicendo ſive gravitas ſive venuſtas & ſuavitas ſarta ſervetur ac tecta.

Logica extrahit Thema textûs principale ſeu propoſitionem primariam, ſive ſit unica, ſive ſint plures; & harum quamlibet reſolvit ante omnia in ſubjectum & prædicatum, & utriusque connexionem Enunciativam. Præterea argumenta Explicantia, Illuſtrantia, Probantia, quæ in textu latent, eruit. Probantia porrò in argumenta ſua (explicantia aut illuſtrantia) reſolvit, ac unumquodq; probans in formam Syllogiſticam redigit, ut ſic appareat, utrum Major aut Minor, aut etiam Concluſio in textu diſertis verbis habeatur, & utrum una iſtarum propoſitionum ulterius illuſtretur in ipſo textu, vel etiam proſyllogiſmo probetur.

E. g. Eſa. *XLIX*, 14. 15. Analyſis Grammatica *primò* conſiderat voces ſingulas h. m.

ותומר Vau adverſativum remittit ad præceden-

dentia, ubi creaturæ excitantur ad gaudium de conſolatione divinâ Eccleſiæ promiſſa conteſtandum. Unde hâc particulâ exaggeratur ſumma Iſraëlitarum conſternatio, quod præ nimio luctu divinam conſolationem non poſſint percipere, aut de venturâ proſperitate lætari. Der Himmel mag jauchzen / die Erde ſich freuen / und die Berge loben und frolocken. Aber Zion / die doch dieſe Freude am allermeiſten angeht / die denckt gar anders (wie Jacob Geneſ. 45, 26.) Ja denckt ſie / wer wolte ſich über mir freuen? hat mich doch der HErr verlaſſen.

אמר Significat propriè dicere, ac verbis eloqui; quandoque verò de ſolis cogitationibus uſurpatur Gen. *XX*, 11. *XXXI*,31. 2. Sam *XIII*,32. coll. ſq. Utrumque h. l. Ihr Hertz und Seele quälet ſich immer mit ſolchen ängſtlichen Gedancken; Und weß das Hertz voll iſt / des gehet der Mund über mit ſeufftzen und klagen.

ציון Significat montem, in quo extructum erat templum & arx regia Pſ. 48,3 h. l. Eccleſiam Iſraëliticam, ut Eſa 4, 4. 5. cui aſſocianda erat Chriſtiana è gentilibus Ebr. 12, 22. Vi Etymi ſui denotat locum aridum & ſiticuloſum, ob æſtum calamitatum, Eſ. 41, 18. Ja wohl ein rechtes Zion / ein dürres Land / das den Nahmen hat mit der That.

עזבני Significat deſertionem v. g. uxoris à marito; Sic h. l. Abarbenel ex Eſ. 54, 6. vel ſubtractionem omnis ſolatii aut gratiæ ſenſibilis, quam ſenſus cruciatuum infernalium comitatur, Pſ. 22, 2.

יהוה DEUS eſſentialis, verus, ô Jammer! der wahre weſentliche GOTT hat mich ꝛc. Wenn mein Vertrauen auff Götzen und erdichteten Göttern der Heyden geſtanden / ſo dürffte michs nicht wundern / wenn ich verlaſſen würde: So aber ꝛc. DEUS bonus & miſericors, ſic enim Cabbaliſtæ ex Exod. 34, 6. dicunt hoc eſſe nomen gratiæ, prout econtra אלהים nomen juſtitiæ: Er iſt ja ſonſt der gütige / gnädige GOtt. Aber wo iſt doch nun ꝛc. Eſ. 63,15.

ואדני Vau per Iterationem, Und ich ſag und klag es noch einmahl. Vel per Exclamationem, Ach der HERR / Nold. p. 270. n. 3. Vel per Exaggerationem, Ja was noch mehr / Nold. p. 281. n. 28.

אדני Plurale, ſed ſignificatu ſingulare. Hinc pluralitatem perſonarum, & eſſentiæ unitatem indicat. die drey göttlichen Perſonen / die der einige GOtt ſeyn / haben mich ꝛc. Der Vater mit ſeiner vätterlichen Gnade / der Sohn mit ſeiner Bruder-Liebe / der H. Geiſt mit ſeinen kräfftigen Troſt ꝛc. Derivatur ab אדן, baſis, columna. Der HErr der die Grundfeſte meines Heils / die Stütze meiner Hoffnung / die Seule meiner Zuverſicht ſeyn ſolte / der hat ꝛc.

שכחני Oblitus eſt, curam depoſuit; ut pincerna captivi Joſephi Gen. 40,23. Abarbenel exponit, ut mortui è Pſ. 31,13.

התשכח He Interrog. h. l. negativum. Nold. p. 232.

אשה Emphaticè mentionem non viri, ſed fœminæ, non patris ſed matris facit, quia hujus præ illo major atq; tenerior affectus eſt.

עולה Propriè infantulus lactens, cujus major cura habetur, quam adulti, ut recte notat Aben Eſra, Kimchi, Abarbenel. Suffixum etiam Emphaſin addit obſervante Raſchi. Kan auch ein Weib/ das ohnedem wehmüthig und mitleidig iſt/ eines kleinen ſaugenden Kindes vergeſſen/ das ſich nicht ſelber nehren oder helffen kan/ und ſonderlich/ wenn ſie es ſelber angeht/ wenns ihr eigen Kind iſt/ das ſie ſelbſt ſäuget und ſtillet.

מרחם Mem præfixum ſignificat, ita ut non. Nold. p. 555. conf. Raſchi.

רחם Ex intimis viſceribus diligere in Kal, aut miſereri in Pihel. Sic רחם uterus. qui tenerrimo affectu fœtum fovet.

בן Filius, quaſi ædificatio familiæ à בנה auf dem die Erbauung und Erhaltung ihres Hauſes und Geſchlechts beruhet.

בטנה Significat uterum ejus. Ihr leiblich Kind: non adoptivus ut Moſe Ex. 2, 10.

גם Imò, quinimo, Ja es ſey ſo/ geſetzt/ 1 Sam. 8 10. 2. Sam. 19. 31. Etiamſi Pſ. 95. 9. Neh. 6, 1 אפילו אם Raſchi.

אלה Notandus eſt pluralis. Es giebt wohl je zu weilen ſolche Weiber/ die wegen ihres böſen und grauſamen Gemüths ihre Kinder vergeſſen; doch ſind deren gar wenig (Kimchi Paraphraſis eſt)

Aber geſetzt daß nicht nur ein Weib ihres ꝛc. Sondern in Plurali, gar offt und viel ſolche Unholdin und Raben-Mutter gefunden würden ꝛc.

ואנכי Vau adverſativè: ſed tamen Amos. 8 v. 12. Jer. 2. v. 27. אבל אני רחום exponit Kimchi: Geſetzt daß Menſchen ſo ungütig gegen ihre Kinder ſeyn könten: Ich aber der ich die Liebe ſelber bin/ von ſo groſſer Barmhertzigkeit und Güte ꝛc. ich kan und wil doch nimmermehr ꝛc.

הן Particula excitandi & aſſeverandi, certe, Prov. 24,12. 2. Reg. 7,2. demonſtrandi rem præſentem Joſ. 9.12. 1. Sam. 9,25. vid. Nold. Er betheuret/ ja zeiget ihnen gleichſam die Hände/ darinne ſie ſelbſt ihre Nahmen eingezeichnet leſen ſollen. Glaubt doch meinen Worten; Ja ſeht doch ſelber her in dieſe meine Hände ꝛc.

על כפים Dualis Emphaticus. Non in ſingulari loquitur: Siehe in die Hand/ ſed in beyde Hände. Wenn dein Andencken mir aus dem Sinn entfallen könte; ſo ſehe ich doch dein Denckmahl in meiner Hand; Ja wenn ichs in einer nicht gewahr würde/ ſo ſehe ichs doch in der andern Raſchi, Seadja, Abendana & Sal. ben Melech, de nubibus exponunt, ut Thren. 3,41. Job. 36,32. (improbante Kimchio & Aben Eſra) Wie ſolt ich dein vergeſſen? Warhafftig iſt dein und deiner Zugehörigen ihr Nahme מעל ענני כבוד droben im Him̃el/ über den Wolcken meiner Herrligkeit angeſchrieben.

חקותיך Non dicit כתבתיך deſcripſi, ſed inſculpſi te, Eſa. 22,16. als in einen Felſen gehauen

Ez.

Ez. 4, 1. idem quod χαϱάττειν, imaginem vel effigiem rei imprimere; Vel etiam memoriæ cauſa, aliquid in acta referre, als ein gerichtlich Protokoll Mercer. Lex. Pagn.

חומותיך Muri tui, ab hoſtium incurſione te tutantes.

נגדי Coram me, in conſpectu quaſi meo, ut curam eorum habeam Pſ. 51.5. Pſ. 50.8.

תמיד, Jugiter & continuè, Pſal. 25, 15. Non ſemel iterumve de reparandis muris tuis cogito, ſed aſſiduè ac indeſinenter.

*Porrò* conſtructiones etiam perpendit Analyſis Gramm. & obſervat in querelâ Zionis idem fere bis dici, ſaltem aliis verbis, & mutato quoque conſtructionis ordine. Nam ſubjectum in primâ propoſitione ultimo loco, & primò in alterâ ponitur, quod Emphaſi non caret; Mich hat verlaſſen der HErr der wahre GOtt; Ja der HErr auff dem mein Heil und Hoffnung ſich gründet/hat mich vergeſſen: Sic & Emphatica eſt iteratio ſuffixi: ſuffeciſſet enim עזב ושכח אותי; Sed ipſa inculcat ſe, ſe hoc malum premere: Der HErr hat mich verlaſſen/der HErr hat mich vergeſſen. Præterea in verbis Jehovę obſervandus eſt Idiotiſmus Lingvæ S. quo Futurum non ſolùm actum ſed & potentiam quandoque deſignat: Pſ. 22, 18. Prov. 20, 9. Non hic ſolummodo ſenſus eſt: Wirds auch wohl jemahls geſchehen? ſed etiam: Kans auch geſchehen? Iſt es wohl möglich? Solte es eine Mutter wohl über ihr Hertz bringen können?

Id etiam Emphaſin habet, quod non dixit, בִּתָּהּ ihre Tochter/nam ſolent filios impenſius amare Sir. 36, 23. Nec בְּנָהּ Ihren Sohn/ſed בֶּן בִּטְנָהּ den Sohn ihres Leibes. Unde nec in eo acquievit, quod dixerat: Kan auch ein Weib עוּלָהּ ihres ſaugenden Kindes vergeſſen; Sed, ne forte de nutricibus accipiatur, quæ alienos liberos lactant, & horum exiguam quandoque curam habent, ſignificanter additur: בֶּן בִּטְנָהּ Kan auch ein Weib ihren annoch zarten Sohn vergeſſen / den ſie mit ihren Brüſten ſäuget / ja den ſie unter ihren Hertzen getragen. Nec negligenda eſt iteratio affixi ſecundæ perſonæ. Non enim in genere dixit ſe memorem eſſe ſuorum; ſed ipſam alloquitur, & querelæ (mich verlaſſen/mein vergeſſen) hoc ſolatium directe opponit: Dich nicht vergeſſen / Dich in die Hände gezeichnet.

*Denique* Figuras Rhetoricas attendit, ſc. Interrogationem, quæ h. l. fortiſſimæ negationi æquipollet; Kan auch ein Weib ꝛc. Das kan nicht ſeyn/ und wird wohl nie geſchehen/ita Kimchi. It. Gradationem querelæ: Der HErr hat mich verlaſſen; ja nicht nur das/ſondern er hat mich gantz und gar vergeſſen / und denckt nicht mehr an mich. It. Metaphoram ſ. Anthropopathiam, quam Aben Eſra & Raſchi evolvunt, quaſi in manibus delineata ſit, ut in conſpectu ipſius nunquam non maneat. Glaſſius exponit de annulo Mnemonevtico in manibus geſtato, cui olim imago rei memorabilis

& in-

& inprimis dilectæ inſculpebatur. R. Seadja de memoriali nubibus gloriæ inſcripto; quò pertineret Mal. 3,16 Ebr. 12. 23. Luc. 10, 20. Cyrillus, Auguſtinus, ap. Calov. Bibl. Illuſt. aliique de vulneribus manuum Chriſti clavis perfoſſarum, quibus nomina electorum ſuis quaſi manibus inſculpſit, explicant. Sic etiam in verbis ultimis latet Metaphora ut continua murorum Zionis aſpectatio ædificationem & inſtaurationem Eccleſiæ, tutelamque, quam meditetur, indicet.

Analyſis Logica extrahit Themata ſ. propoſitiones principales: è v. 14. Eccleſia conqueritur de deſertione divina; è v. 15. 16. Jehova ſolatur Eccleſiam ſuo plusquam materno affectu. Vel poſſunt hæ propoſitiones ad unam contrahi, ut Thema emergat unicum: Eccleſia de oblivione Dei conquerens ſolatium habet à Deo. Hæc propoſitio reſolvenda in ſubjectum & prædicatum, & utrumque in ſua *Explicantia* Circa *ſubjectum* not ſubjectum, Zion: Obj. perſ. & Reale, GOttes verloſſen und vergeſſen. Actus cum Modo: ſpricht ſo kläglich Circa *prædicatum*, not. Solatii Cauſa Eff. Ich GOtt/ Actus form. Vertröſtung auf unvergeßliche Fürſorge. Porrò *Illuſtrantia* deprehenduntur h. l. dum cura Dei aſſidua exaggeratur ſimilibus ab amore materno, à ſculptura manuum, à reſtauratione murorum. Denique *Probantia* 1.) *à Dei miſericordia* plusquam materna. Quantus eſt amor matris erga filiolum, tantus imò major eſt amor Dei erga Sionem. Atqui matris amor

tan-

tantus eſt, ut oblivisci ejus haud poſſit. E. Dei amor tantus imò major erit, ut oblivisci Sionis æquè non, & adhuc minus poſſit. Minor eſt in textu, & reſolvenda in ſua Explicantia (Subject. ein Weib/ Object. ihres Kindes und Sohnes ihres Leibes/ Actus, kan nicht vergeſſen und erbarmet) Concluſio iterum in textu cum hiſce Explicantibus (Subj. Ich/ Obj. dein/ Actus nicht vergeſſen/ wenn auch gleich ein Weib &c. 2) *à Chriſti merito.* Quem Chriſtus ita manibus ſuis inſculpſit, ut in ipſius gratiam manus clavis confoſſas cruci affigi paſſus ſit, ejus non poteſt oblivisci. Atqui Sionem &c. E. Minor habetur in textu. Ubi Quis? Ich / Quem? Dich/ Quid? gezeichnet/ Quò? in die Hände/ Quomodo? Certò & notanter, Siehe. Vel, ſi R. Seadjam ſequamur, foret argumentum 3.) *ab excellentia futuræ gloriæ.* Cujus ut Candidati vitæ æternæ nomen Cœlo inſcriptum, ejus oblivisci Jehova nequit. Atqui Sionis, E. Minor textualis eſt, ut modo vidimus. 4.) *A providentia divina.* Cujus inſtaurationem Deus aſſiduè meditatur, is non habet cauſam conquerendi de oblivione divinâ. Atqui Sionis, &c E. Minor in textu legitur & complectitur Subject. Mir / Object deine Mauren/ & Actum cum modo, ſind immer für/ h.e. Ego reparationem murorum tuorum procuro.

Aliud Exemplum è *Jerem. XXVII, 9.10.* Analyſis Grammatica *primùm* attendit voces ſingulatim.

ואתם

ואתם Vau rectè Lutherus vertit cauſaliter, propterea, Jer. 14, 22. Eſ. 50, 5. Nold. p. 279.

אל תשמעו Vox eſt vel obteſtantis ut 1. Sam. 26, 21. Pſalm 51. 13. vel prohibentis Jer. 17, 21. Exod 16, 29. (Nold. p. 51.) Ich bitt euch gar ſehr/ laſt euch doch rathen ꝛc. Jedoch/ wenn bitten nicht helffen wil/ſo verbiet ichs euch ernſtlich / trotz ſey euch geboten/daß ihr &c.

תשמעו אל Significat non ſolùm audire, ſed & cum attentione Gen. 16, 11. aſſenſu & obſequio Exod. 7, 4. Deut. 18. 19. Ihr ſolt ſie nicht einmahl hören/geſchweige denn gehorchen.

נביאיכם Raſchi deducit à נוב eloqui Ex. 7., 1. ut indicet oratorem diſertum. Rectius à נבא prophetare, è revelatione divinâ loqui: Wenn ſies gleich noch ſo anmuthig und ſcheinbarlich vorbringẽ/ ja weñ ſie ſich gleich auf unmittelbaren Einſpruch und Offenbahrungen des groſſen GOttes beruffen/ſo ſolt ihr dennoch nicht &c. Affixum etiam notatu dignum eſt: Non enim dicit abſolutè נביאים (conf. v. 18) nedum נביאי יהוה ſed: Eure/ die ſich ſelbſt unter euch einſchleichen/ und von euch ſelbſt beliebet werden: Nicht meine/ denn ich ſende ſie nicht/ v. 15. Sic & Plur. numerus in hac voce & ſqq. non negligendus eſt, es ſind zwar deren nicht wenig ſondern viel; doch wenn ihrer auch noch mehr weren / ſo ſoll ihr euch dennoch nicht dran kehren; Einem einzigen der die Warheit redt/ iſt ja mehr zu glauben/ denn viel / viel Lügnern und Betriegern.

קוסמיכם

קוסמיכם Divinatores futurorum præſcii.

חלומותיכם Somnia veſtra, Abſtractum Emphatice pro Concreto: Sie ſind nicht nur Träumer und Traumdeuter/ſondern der Thorheit ſo voll/ daß ſie ſelbſt lauter Träume ſeyn.

עוננכם, Præſtigiatores, qui velut obducta nube vobis illudunt. ענן ſignificat nubem vel nebulam facere, Eine blaue Dunſt vor die Augen machen. Vel ab עין oculos præſtringere, ut falſum pro vero videant. Vel ab ערן temporum obſervatores, Aſtrologi, dies fauſtos & infauſtos ex aſtris prædicentes.

כשפיכם, faſcinatores, venefici.

לא תעבדו Futurum vel prædictionem, vel diſſuaſionem denotat: Es wird dazu nicht kommen/ vel laſſets doch ja dazu ꝛc. עבד ſignificat ſervire, ſerviliter obſequi, ſubjectum eſſe. Unde odioſe exaggerant obſequium Nebucadnezari præſtandum, ut moleſtum ac turpe.

שקר Mendacium, fallacia.

למען h.l. non intentionaliter, ſed eventualiter accipiendum, ut Jer. 7,18. Ex. 11,9.

הרחיק Elongare, procul ejicere; So wirds ablauffen / ihr werdet aus eurem Lande müſſen/ und nicht etwan in benachbarte/ ſondern in ferne Lande müſſen.

והדחתי Violenter expellam. Notanter iſtam expulſionem ſibi Deus tribuit: Ich will meine Hand in dieſem Wercke haben/ dem Nebucadnezar

Glück und Sieg wider euch geben / und euch mit aller Macht verſtoſſen.

ואבדתם Vau ſignificat, ita ut. Nold. p. 313. אבד perditionem extremam denotat.

יביא, Non vi adigetur, ſed ultro collum jugo ſubjiciet.

והנחתיו Et manere faciam, relinquam, collocabo. & quidem ſi cognatum נוח conferas, bonâ cum pace: Ich wils nicht nur in dem Lande laſſen/ ſondern auch darinne feſt ſetzen / und gute Ruhe geben.

ועבדה Et colet eam Gen. 4, 2. Ez. 36, 34.

*Deinde* circa Conſtructionem obſervat hæc Analyſis v. 9. Emphaticam repetitionem affixi 2. perſ. pluralis, quam Verſio Germanica neglexit, Euren Propheten/ euren Wahrſagern/ euren Zeichendeutern/ denen ihr ſo viel trauet/ und auf die ihr ſo groſſe Rechnung macht. Et v. 10. terrepetitur pronomen Euch / q. d. Wem wird der Schade seyn? Mir nicht. Ich könt es geſchehen laſſen/ meinethalben möcht ihr ihnen immerhin gehorchen/ wenn ihrs nicht beſſer haben wolt; Euch aber/ euch wirds zu groſſem Nachtheil gereichen. Euch werden ſie belügen und betriegen / euch werden ſie zum Lande naus predigen/ euch werden ſie ins euſſerſte Verderben ſtürtzen.

*Porrò* notandæ ſunt figuræ Rhet. Sermocinatio Pſeudoprophetarum v. 9. Allegoria v. 11. Polyſyntheton v. 9. Und euren Weiſſagern/und euren Träumdeutern/und euren Tagwehlern/und euren Zau-

Zauberern. Metonymia Adj. pro ſubj. v. 9. ſomnia i.e. ſomniantes, vel Ellipſis חולמי חלומותיכם ut è Targ. Jonath. ſupplet R. David. Gradatio, v. 10. prædicit exilium, imò exitium totale. Paronomaſia in verbis והדחתי והנחתי Euch außſtoſſen/ jene mit Ruhe laſſen. It. in verbis אבד עבד wem das עבד mit dem Ajin, das dienẽ nicht anſteht/ den ſoll das אבד mit dem Aleph das Verderben treffen. It. v. 11. ועבדה ועבדו Dient es dem Könige / ſo dient es ſich ſelbſt / und wird ſein Feld in Friede bauen mögen.

Logica Anal. eruit propoſitionem principalem: Judæi non obtemperent Pſeudoprophetis ſubjectionem Babyl. diſſuadentibus. Ubi *Explicantia* ſunt, Subject. Judæi, Object. perſ. Pſeudoprophetæ &c. Obj. reale diſſuaſio Babylonici obſequii, Actus, non obediant. *Illuſtrans* à Simili latet in Alleg. Quemadmodum bos aut equus jugum excutiens plagis adigitur, ut ſuſcipiat; at lenius habetur, ſi ſponte ſuâ ſuſcipit, jugoq; collum indit: Sic detrectans Imperium Regis Babyl. male multabitur; Sed iſti ſe ſubjiciens ultro, bonâ cum pace relinquetur in terrâ ſuâ patriâ. *Probantia* ſunt 1.) *ab interdicto* divino v. 9. 2.) *ab iniquo & inhoneſto*. Quicunque falſum prædicunt, imò venefici ſunt & præſtigiatores, illos audire nefas eſt. Atqui diſſuaſores veſtri, E Minor habetur v. 9. 10. 3.) *à damno*. Qui conſiliis ſuis exitioſum vobis afferent exilium, audiendi non ſunt. Atqui Pſeudoprophetæ, E. Minor eſt in

textu v.10. cum hiſce Explicantibus(Subj.Pſeudoprophetæ. Obj. perſ. Judæi. Obj Reale, exilium,(quod præter Formam ſuam à cauſa Eff. Deo, Adjuncto exitio, termino à quo & ad quem deſcribitur) Actus,attrahent,in voce למען 4.) *ab Utili* ſi omittatur. v.11. Cui obſequio quieta poſſeſſio patriæ divinitus promittitur, ejus dſſuaſio audienda non eſt. Atqui obſequio Nebucadnezari præſtando, E Minor in v.11. legitur, reſolvaturque in *Subjectum*, obſequium nempe, quod explicatur à ſubjecto (gens quælibet) Objecto perſ. (Rex Bab.) Obj. Reali (Jugum) Actu & modo (ſponte collum ſubdere) & *Prædicatum*, habet promiſſionem, cujus notetur cauſa Eff. Deus; Objectum, poſſeſſio & cultura patriæ; Actus,dicit.

Hæc de Utraque Analyſi. Logicam ulterius explicabimus Aph. ſubſeqq.

## AD APHOR V. & VI.
## *De Collectione Argumentorum.*

Summa horum Aphoriſmorum eſt: Argumenta Explicantia, Illuſtrantia, Probantia, Amplificantia colligantur. Unde 1.) de *Argumentis*, 2.) de iſtorum *Collectione* dicendum nobis eſt,

AD I.) Argumentum h. l. dicitur, quod Thema concionis aut explicat, aut illu-

illuſtrat, aut probat, aut amplificat. Hinc argumenta emergunt quadruplicia.

א) EXPLICANTIA ſunt Circumſtantiæ trito verſiculo contentæ: Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando. Vel paulo plenius: 1.) Subjectum agens (vel patiens, ſi paſſio prædicetur de Subjecto) 2.) Objectum reale & perſonale. 3.) Actus. 4.) Modus. 5.) Medium agendi. 6.) Finis. 7.) Locus. 8.) Tempus. 9.) Antecedens vel Occaſio. 10.) Eventus vel Conſequens.

Præter commemoratas haſce Circumſtantias (quarum potiores ſunt Subj. Obj. Act. Effect.) dantur & alia Explicantia è Locis Topicis hùc accerſenda. Nam loci iſti ſuppeditant ſequentia, quæ partim à nobis jam tacta, partim adhuc intacta ſunt.

(1.) *Ab evolutione nominis* per Etymologiam, Homonymiam, Synonymiam.

(2.) *A definitione* ſ. deſcriptione. Nam diſtingvendum eſt inter definitionem Acroamaticam & Homileticam. Illa debet eſſe accurata & nervoſa, ut nihil in ea deficiat, aut redundet etiam ratione verborum. Talis autem accuratio in arte Homil. non requi-

ritur, ſed ſufficit popularis deſcriptio ad captum vulgi, quæ vel poſitivè effertur ac deſcribit rem, quæ & qualis ſit; vel remotivè, quæ & qualis non ſit, per remotionem ambiguitatis aut falſi NB probabilis. Ineptum enim eſt removere talia, de quibus Auditor aliàs ne cogitaſſet quidem, quod vulgò ſolet fieri; Sed ea ſolummodo ſecernenda ſunt, de quibus dubium in mentibus Auditorum ſuboriri poterat, quæque primâ fronte ſat probabilia videbantur.

(3.) *A diſtributione* rei in partes aut ſpecies, aut gradus; perſonarum ratione ſexus, ætatis, ſtatus, gentis &c.

*Ab excuſſione cauſarum*, Efficientis, quæ vel agens vel movens. Movens vel interna vel externa. Agens vel principalis vel minus principalis. Hæc vel diaconica ſive Miniſterialis, vel organica ſ. Inſtrumentalis. Materiæ, quæ vel ex qua, vel in qua (ſ. Subjectum idque totale vel partiale ſ. quod & quo) vel circa quam (ſ. Objectum.) Formæ, quæ vel ſubſtantialis vel accidentalis, totalis aut partialis. Finis, qui vel ultimus, vel ſubordinatus ſ. intermedius: principalis, vel minùs: per ſe, vel

per Accidens: Cujus vel cui: Internus vel Externus.

(5.) *Ab Effectis & Conſequentibus*, tùm per ſe, quæ dicuntur finis; tùm per Accidens, quæ dicuntur eventus; vel neceſſariò, vel contingenter.

(6.) *Ab Adjunctis & Attributis*. Addunt aliqui (7.) à cognatis & comparatis (8.) à contrariis ac diſparatis. Sed iſta nobis ad Illuſtrantia potius referenda videntur.

Cæterum diſtingvimus Explicantia iſta ratione reſpectûs ad Thema ſuum in principalia & minus principalia. Illa ipſiſſimum Thema; hæc ſaltem Thematis particulam explicant, eamque fuſius deducunt, indeque aliis dicuntur Amplificantia.

Adjiciam duo exempla quorum Explicantia principalia numeris diſtincta; minus principalia cancellis incluſa ſunt.

E.g. *Eph. III, 14-19.* Thema eſt: Paulus Deo ſupplicat, ut ſpiritualia Dona conferat Epheſiis. 1.) *Subjectum* ich 1.) *Cauſa mov.* metus ne malis Apoſtoli perterriti labaſcant, derhalben coll. v. præc. 3.) *Obj. perſ.* dem Vater - auff Erden. (objectum hoc explicat amplius p. à Charactere perſonali, cujus objectum J. C. Dominus noſter

 forma;

ſorma eſt paternitas; p. ab attributo paternitatis univerſalis, cujus object. alles was Kinder ꝛc. Actus rechte Vater.) 4.) *Actus* beuge meine Knie. 5.) *finis* divina beneficiorum ſpiritualium collatio (a) Objectum Reale ſ. donum fere quintuplex p. roboratio interni hominis (ubi ſubjectum quod Ihr & quo am inwendigen Menſchen/ actus ſtarck werdet/ cauſa Eff. durch ſeinen Geiſt) p. Chriſti inhabitatio (cujus ſubj. Chriſtus/ Obj. Euer Hertz/ actus wohne/ Medium durch den Glauben) p. in amore radicatio (Subj Ihr/ Object. Liebe/ Actus gewurtzelt und gegründet) p. amoris J. C. apprehenſio.) Subj. Ihr mit allen Gläubigen. Obj. Chriſti Liebe die alles Wiſſen übertrifft/ und deren Höhe/ Tieffe/ Länge/ Breite. Actus, Erkennet und begreiffet) p. plenitudinis divinæ repletio (Obj. alle GOttes-Fülle/ actus erfüllet.) (b) Actus modificatus, gebe nach dem Reichthum ſeiner Herrligkeit.

Sic *Eph. II*, 4-7. Deus ex gratià in Chriſto nos miſeros ſalvificat in ſui gloriam. Hinc 1.) *Subjectum* ſ. Cauſa Eff. GOtt der da reich iſt an Barmhertzigkeit (deſcribitur p. nomine p. Attributo miſericordiæ, cujus forma & modus ineſſendi notatur) 2. *Cauſa movens externa*, da wir tod waren in Sünden/ (Subj. Actus & origo) 3. *Mov. interna*, durch ſeine groſſe Liebe/ damit Er uns geliebet hat (Subj. Obj. forma & adjunctum) 4. *Cauſa meritoria*, in Chriſto h. e. Chriſti merito fide apprehenſo, unde ſimul innuitur 5. *Cauſa Media* ληπτική, ſides. 6. *Objectum* Uns (quorſum

etiam

etiam referri poſſet Adjunctum ſtatûs priſtini, in Sünden tode) 7. Actus lebendig gemacht ſamt Chriſto/ aufferweckt/ ins Himml: Weſen geſetzet (actus ac terminus ad quem) 8. Finis, oſtenſio gratiæ ſuæ (Subj. Er/ Object. ſeiner Gnade überſchwenglichen Reichthum/ Actus erzeiget/ Tempus in künfftigen Zeiten/ Medium durch ſeine Güte ꝛc.)

כ) PROBANTIA pro unoquoque genere peculiaria notanda ſunt, prout B. Hulſem. ſua cuivis generi recte aſſignavit, præterquam quod generi Didaſcalico loco probantium explicantia adſcripſit, quorum vice nos argumenta Elenchtico generi propriis oppoſita ſubſtituemus h. m.

## Didaſcalica Probantia ſunt

(1.) *ab expreſſâ Scripturæ aſſertione*, Act. II, 25. Epheſ. IV, 7. 8.

(2) *A conſequentiâ legitimâ* Matt. XXII, 32. c. XII, 2. ſeqq.

(3.) *A congruo & poſſibili*, Luc I, 34. 36. 37.

(4.) *A glorioſo reſpectu DEI*, Joh. VII, 16-18.

(5.) *A confeſſione Adverſarii*, vel directè vel per conſequentiam, Matth. XII, 11. ſeq. Tit. I, 10 12.

(6.) Addi poterit *ab Analogia fidei*: pro-

ut enim Contradictio argumentum Elenchticum eſt, quando adverſarius ſibimet ipſi contradicit; ita viciſſim concentus Scripturæ perpetuus & Harmonia reliquorum Articulorum fidei argumentum erit Did. probans, 1. Cor. XV,20-27.

Elenchtica ſunt α.) *à contrario Scripturæ dicto*, Gal. III,11.

β.) *Ab inconſequentia*, Matth. XXII,29. 30. Ad argumentum Sadd. (Si datur reſurrectio, ſequetur confuſio conjugum) reſpondet Chriſtus, negando conſequentiam.

γ.) *Ab abſurdo*, 1. Cor. XV,13-19.

δ.) *A blaſphemo* & injurio in DEUM, Gal. II, v. 17. III,1. 1. Joh. I, 10.

ε.) *A Contradictione* Adverſariorum, Gal. III,2.5. Negare non poterant, ſe per Evangelium, non per legem, accepiſſe Spiritum S. Male E. docebant Legi potius inhærendum eſſe, quàm Evangelio.

Pædevtica ſunt 1.) *â mandato*, quod vel explicitè urgetur, Joh. XV,12. 17. 2. Theſſ. III,12. vel implicitè latet in Imperativo, vel hujus vicario Futuro aut Participio, aut Conjunctivo 1. Pet. V,5-8. Pſ. L, 15. Ebr. IV,14.16.

(2.) *Ab*

2.) *Ab Æquo*, 1. Joh. IV,19. Eph. VI,1.

3.) *A neceſſariô* vel ad exequendum mandatum divinum, Ebr. X,36. vel ad obtinendum bonum, ibid. Joh. XV, 4.5. Ebr. XII,14. vel ad evitandum malum Matth. XXVI,41. 1. Petr. V,8. Unde hoc argumentum reſpectum habet ad claſſem argumentorum Pæd. primam, ſextam, decimam.

4.) *Ab Honeſto* ſ. decenti Chriſtianorum Officio, Eph. IV,1. 1. Petr. II,21. Hùc pertinet argumentum *à glorioſo*, quod etiam ad argumentum ab Utili (termino laxe ſumto) referri poterit. Glorioſum autem eſt vel Deo, Matth. V,16. 1. Petr. IV,11. vel ipſi pio, Matth. V,45. Luc. XIV,10. vel Miniſtris verbi, Phil. II,16.

5.) *A Jucundo*, vel reſpectu DEI, Ebr. XIII,16. 1. Tim. V,4. II,3. vel reſpectu Miniſtrorum Eccl. Phil. II,2. vel ipſorummet piorum, Matth. XI,29. 1. Joh. IV,17-19.

6) *Ab Utili*, Apoc. II,10. Joh. XV,2-7. 1. Petr. III,10-13. Mal. III,10.

7.) *A Facili*, Matth. XI,29.30. 1. Petr. V,9.10.

8.) *Ab Exemplo* piorum, Phil. III,17. 1. Petr. III,5. vel ipſius DEI, Luc. VI,36. Phil.

II,5. 1.Petr.II,21. IV,1. vel impiorum contrario, 1. Joh. III,12.

9.) *Ab affictione* & proſtitutione piis *adverſantium*, 1.Petr.III,16. Pſ.XXXVI, 37.38.

10.) *A Damno* ſi omittatur, Ebr. XIII, 4. 17. 1. Petr. V, 5. III, 7. Gal. V, 13-15. Quâ ratione cætera quoq; argg. Epan. fient Pædevtica ſubjunctâ clauſula: ſi omittatur.

Epanorthotica ſunt *a.*) *ab interdicto* vel expreſſo, 1. Theſſ. IV, 1.2.5.6. 2. Cor. VI, 1. vel implicito, Col. III, 5. 8. 21. Luc. XXI, 34.

*b.*) *Ab iniquo*, Mal. I, 6. Eſ. I, 2. 3. Deut. XXXII, 6-18.

*c.*) *A non neceſſario*, Matth. VI, 32. Eſ. I. 12.

*d.*) *A turpi* & indecoro reſpectu peccantis, Eſa. I, 3. Pſal. XXXII, 9. Matth. VI, 32. 1. Tim. V, 8. 1. Cor. V, 1. 6. Prov. VI, 33. vel reſpectu DEI, Rom. II. 23. 24.

*e.*) *Ab injucundo* ſ. odioſo, Mich. VI, 10. 11. Amos. V, 21. ſqq. Luc. XVI, 15. Prov. XXIV, 9.

*f.*) *A vano* & inutili, Eſa. I, 13. 15. Matth. VI, 27. 1. Cor. XIV, 9.

*g.*) *A difficili* ſ. moleſto, Pſal. XXXII, 9. 10. Act. IX, 5.

*h.) A damno*, 1. Cor. VI, 9. Jac. V, 9. Mal. III, 9. Jer. XXVII, 10.

*i.) Ab Exemplis* piorum contrariis, Mal. II, 15. vel ſimilibus impiorum, Math. VI, 25. 32. In quibus inſimul latet arg ab honeſto vel turpi.

*k.) A gaudio diaboli*, Joh. VIII 44.

*l.) Ab utili* ſi omittatur, Jer. XXVII, 11. Ebr. X, 35. Luc. VI, 37. Sic & reliqua Argg. Pæd. hùc trahi poterunt addita Conditione hâc: ſi omittatur, ſ. contrarium fiat.

Hiſce ſuperaddit Hulſem. arg. à ſeveritate vindicis & gravitate pœnæ, ſed iſta nos referimus ad arg à damno, quod exaggerant.

Conſolatoria ſunt 1.) *à DEI miſericordia* Pſ. XIII, 6. Eſ. LIV, 7. 8. 10.

2.) *A Chriſti merito* & interceſſione, Rom. VIII, 32. 33. V, 6 9.

3.) *Ab Aſſiſtentiâ Spiritus S.* Rom. V, 5. VIII, 26.

4.) *A DEI providentiâ* circa mali permiſſionem Pſalm LXVIII, 20 1. Petr. IV, 19. Oſ. VI, 1. moderationem, 1. Cor. X, 13. 2. Tim. IV, 17. 1. Petr. V, 10. & ablationem, Pſalm

LXVIII. 21. XLII,12. Hùc refer arg. à divina præſentia & auxilio, Pſ. XXIII, 4. Eſ. XLIII, 1.2. Pſ. XLII,12.

5.) *A communi ſorte piorum*, 1.Petr.V,9. IV,12. 2.Tim.III,12.

6.) *Ab exemplo Chriſti*, Apoſtolorum, Prophetarum, Martyrum &c. Matth. X. 25. V,12. Joh.XV,18,20. Jac.V,10.11.

7.) *Ab utilitate Crucis* ejusque læto exitu, Ebr.XII,11. 1.Cor.XI.32. Rom. V.3.4. Pſal, XCI,15. 16. CXIX,67.71. 1.Petr.I,7.

8.) *A brevitate & levitate* crucis, 2.Cor, IV,17. 1.Petr.V.10. I,6. Eſ.LIV,7.8.

9.) *A bonitate cauſæ*, Matth. V, 10.11. 1. Petr. III, 14.16.

10.) *Ab excellentiâ futuræ gloriæ*, 1.Petr. IV,13. I,6-11. Rom. VIII, 18. 2. Cor. IV,17. Matth.V,10.11. Apoc.II,10. 2. Tim. IV,18.

11.) Addimus argumentum *ab exitio hoſtium*, Pſ. III,8 LIV,7.LV,19.20.24 XCI,8.

3) ILLUSTRANTIA ſunt Dicta, Exempla, & Similia vel diſſimilia. *Dicta* quidem & *Exempla*, prout non eâ intentione proferuntur ut theſin confirment, ſic enim pertinent ad claſſem probantium; Sed ut ſaltem aliquâ ratione declarent. Suntque iſta

iſta vel Profana, vel Eccleſiaſtica, vel Biblica. Hæc ſæpius, illa rarò, iſta rariſſime adhibeantur. *Dictis* illuſtrat Apoſtolus Act. XVII,28. Rom. VIII,26. XI,8.9. *Exemplis* 2. Tim.III,8. 2. Petr. II,15. Ad *Similia* vero referimus Metaphoras 1.Cor. VII,23.27. Allegorias 1.Cor. IX, 9. Matth.III,10.12. Parabolas Matth. XIII,v. 3.24.31.33.45.47. Typos Joh.III, 14. Matth. XII,40. Comparationes tùm à pari ſ. ſimili Eſ. LV,10.11. Pſal. CXXXIII, tùm à Majori ad Minus, vel viciſſim, Ebr.III,5.6. Matt. XII,41. 42. tùm à contrario Jer. VIII,7. Eſ.I,3. Prov.X.27.

ד) AMPLIFICANTIA denique ſunt, quæ rem è Textu explicatam *aliunde* fuſius deducunt, de quibus B. Carpzov. ſpeciatim egit Aph. VI. ſed in conceptu latiore, ut Illuſtrantia comprehendat, ceu patet è §. 3. & 4. Diſtinguit verò Amplificantia in *Verbalia* ſive Rhetorica, quæ fiunt per Figuras Rhet. quales ſunt Auxeſis, Emphaſis, Tapinoſis, Synonymia, Expolitio, Congeries, Incrementum; it. Antitheſis, Proſopopœia, Sermocinatio, Gradatio, quarum exempla congeſſit B. Forſterus in Hülſem. Orat. S. p.368. ſeqq. nosque ſub finem hujus libelli ſubjungemus. Et *Realia* ſive Logica, v. g. translationem theſeos ad hypotheſin (quam

nos ad Illuſtrantia referre malumus, cum nihil aliud ſit quam declaratio theſeos per exempla, & in ejus locum ſubſtituimus digreſſionem ab Hypotheſi ad theſin, de qua mox p. 64.) excuſſionem cauſarum, adjunctorum, circumſtantiarum &c. Verbo: Omnia Explicantia, quæ non è textu ipſo eruuntur, ſed aliunde ſupplentur, nobis (quicquid aliis videatur) Amplificantia ſunt & dicuntur. Unde in Exemplo ab Autore allato è *Matth. VI, 33.* extractâ hac propoſitione, Regnum DEI vobis eſt quærendum, cùm circa Subjectum, tùm circa Prædicatum oſtendemus, quænam ſint explicantia, quæque præterea adduci forte poſſent Amplificantia Realia.

SUBJECTUM iſtius propoſitionis eſt Regnum DEI, ubi Explicans eſt p. à formâ, p. à ſubjecto regnante, *Quis*, *Quid*; quorſum pertinet *Evolutio nominis* utriusque ac *Deſcriptio*.

Amplificantia forent reliquæ Circumſtantiæ: *Ubi* in Eccleſiâ militante ac triumphante, in cœlo & in terrâ. *Quibus auxiliis* & *Cur*, videbimus in doctrinâ Cauſarum. *Quomodo* & *Quando* in oſtenſione Adjunctorum. Porrò e Locis Topicis, (1.) *à Diſtributione*, ac enumeratione partium aut ſpecierum. Diſtinguitur in Regnum Gratiæ & Gloriæ. Nam Regnum Potentiæ per Homonymiam ſecludendum eſt, (2.) *Ab enarratione*

*ratione Cauſarum* Principalis Regnans in Textu determinatur, eſtque Deus trinunus, ſpeciatim Chriſtus Θεάνθρωπος ad dexteram DEI evectus. Miniſterialis in Regno Gratiæ ſunt Miniſtri Eccleſiæ: Inſtrumentalis Verbum & Sacramenta. Neutra vero datur in regno gloriæ, nam Deus immediatè ibi ſuis præerit. Forma eſt vel gratioſa vel glorioſa Eccleſiæ collectio & gubernatio. Materia circa quam ſ. Objectum ſunt homines ex intentione Dei primâ omnes, voluntate vero ſecunda & eventu ſolummodo fideles in Regno Gratiæ: In Regno Gloriæ vero electi homines & Angeli. Finis eſt Gloria Regnantis & ſalus Subditorum. (3.) *Ab effectis.* Regnum Gratiæ efficit ſecuritatem ab hoſtibus, tranquillitatem conſcientiæ, obſequium Deo præſtitum fide, ſpe, patientiâ &c. ac tandem introitum in Regnum Gloriæ. Hoc autem efficit æternam & ineffabilem beatitudinem. (4.) *Ab Attributis & Adjunctis.* Eſt gratioſum, potens, juſtum, ſapiens, glorioſum, &c. Ratione durationis cœpit cum Exordio Mundi, ac durabit Regnum Gratiæ ad finem usque ſeculi; Regnum vero Gloriæ in omnem æternitatem. Taceo arg. (5.) *A Comparatis,* ſi conferatur cum Regno terreno, vel Regno potentiæ divino, & (6.) *ab Oppoſitis,* ut opponatur Regno Satanæ & Peccati, quo infidelibus; regno Inferni & Mortis, quo damnatis dominantur. Nam iſta nos Illuſtrantibus annumerare malumus, uti dictum.

PRÆDICATUM eſt Quæſitio hujus Regni. Ubi Explicantia Textualia ſunt *Quis, Quid, Quô-*

*modo,*

*modo*, vel etiam *Quando*, ſive (1.) à Subjecto, homines fideles (2.) Ab actu ſ. formâ, quærite; ubi Evolutio nominis per Etym. & Homon. ac deſcriptio. (3.) A modô, ſedulò, (in verbo: quærite) præprimis & primariò (in voce primùm.) Præter iſta explicari aliunde ſive amplificari poſſet (1.) *evolutione nominis* per Synon: Dicitur aliàs, quæ ſurſum ſapere Col. 3, 1. curare non quæ mundi ſunt, ſed quæ Domini, ut ei placeamus & ſancti ſimus corpore & ſpiritu 1. Cor. 7, 32. 34. eorum, quæ retro, obliviſci; ſed quæ ante, intendere, & ad ſcopum perſequi, Philip. 3, 13. (2.) *enumeratione partium.* Fit enim iſta quæſitio de peccatis dolendo, in Chriſtum credendo, piè vivendo, verbum & Sacramenta uſurpando, cœleſtia cogitando ac deſiderando, terrena contemnendo, &c. (3.) *Cauſarum*, Eff. Principalis eſt DEUS, appropriativè Spiritus S. qui pios iſtos motus in nobis efficit, conſervat, promovet. Inſtrumentalis Verbum & Sacramenta. Moralis movens partim præſens noſtra miſeria & egeſtas omnium bonorum, partim ſpiritualis & æterna imò & terrena felicitas, quam quærendo regnum hoc adipiſcimur, & quæ ſunt alia argumenta Pædevtica huc facientia. Forma eſt in Textu. Materia in quâ ſ. ſubjectum, & circa quam ſive objectum, inſunt etiam Textui. Finis hujus quæſtionis eſt idem, qui ipſius Regni. (4.) *Effectorum.* Efficit nos pios, juſtos, DEO amicos, donorum ſpiritualium, quin & corporalium participes, nunc ſpe, olim reapſe beatos, &c. (5.) *Attributorum.* Eſt ea ſalutaris, honeſta, DEO & homi-

hominibus grata,æqua,neceſſaria, quæ tamen attributa, quia Textus eſt Pædevticus,ad Probantia reſervanda ſunt. It. Conſtans debet eſſe,ſedula, inceſſans ac indefeſſa. Sed eheu! perquam rara eſt,difficilis & carni noſtræ moleſta. Argumentum (6.) *à comparatis* (v.g. fideles ſubditi id omni ſtudio agunt, ut Regi ſuo fideles,& ſub ejusdem tutamine pacati vivant & beati: Multò magis &c. Equidem piis & alia plura curanda & quærenda ſunt,v. g. honeſta ſui ſuorumque ſuſtentatio, officii decens executio in DEI honorem proximique commodum &c. Sed præprimis &c. Et (7.) *ab oppoſitis*,(v.g. Mundani quidem homines Regnum hoc tantopere non quærunt, ſed potius Regnum tenebrarum. Vel Caro equidem,Mundus & Satan quæſitioni huic varia ponunt obſtacula &c.) ſciens volensque iterum prætereo, quà de causâ jam ante diximus, p. 51. E Circumſtantiis vix unum aut alterum Amplificans ſupererit, cujus nondum facta ſit mentio. *Ubi?* in Eccleſiâ,nam extra hanc non datur. It. domi & foris; in templo, cubiculo,muſæo,foro,officinâ,curiâ &c. *Quibus auxiliis?* Auxilio Spiritus S. aſſiduis precibus implorandi, ut quærere Regnum DEI nos doceat & juvet: De quo dictum in enarratione Cauſæ Eff. *Cur?* vide Cauſam Finalem. *Quomodo?* Repete ex enumeratione partium & Attributorum. *Quando?* Semper & conſtanter: Hoc in agendo primum ſit & ultimum.

Præterea pro Textibus Hiſtoricis adjicimus argumentum *Amplificans* à digreſſione

ne

ne ad Locum Communem, ſive aſcenſione ab Hypotheſi, ſ. exemplo Textuali ad Theſin generalem. E. g. Si Textus fuerit è *2. Reg. IV, 42-44.* Explicantia ſunt 1.) *Quis?* Vir Baal Saliſenſis, quis aut qualis de cætero fuerit, prolixe non ſignificatur. Certe probus & liberalis fuit. Aſcendatur E. ad Locum Communem de beneficentia & liberalitate. 2.) *Cui?* Prophetæ, ejusque diſcipulis. Fiat E. Digreſſio ad Miniſtros Verbi & ſtudioſos pauperes, ut Objectum beneficentiæ primarium. 3.) *Quid?* Offert de primitiis. Hîc L. C. de primitiis in Eccleſiâ Jud. divinitus inſtitutis. 4.) *Conſeqens.* Propheta acceptat & inter ſuos diſtribui jubet. Hinc excurrere licet ad L. C. de acceptatione donorum; quatenus ea fieri poſſit, vel non poſſit illæſa conſcientia. It. De ſuſtentatione ſuorum.

Atque ſic oſtendimus, quotuplicia ſint argumenta, quænam Explicantia, Probantia, Illuſtrantia, Amplificantia. Pergimus itaque

Ad II.) Collectionem iſtorum demonſtrantes. Nimirum, colligenda ea ſunt, partim ex ipſo Textu, partim è Locis aliis. Quædam enim argumentorum ſunt innata, quæ in ipſis Textûs viſceribus latent; quædam illata, quæ aliunde adducuntur. Innata ante omnia beneficio Ana-

lyſeos

lyſeos Gramm. & Log (ut Aphor. præced. dictum) extrahenda ſunt. Si vero iſta non ſuffecerint, illata quoque comportanda & in ſubſidium vocanda ſunt. Circa extractionem & *collectionem inſitorum* id adhuc notamus (α.) argumenta Homogenea conſocianda eſſe, neglecto Textûs ordine. E. c. Si in principio Textus argumentum probans, in fine iterum probans occurrat, interjectis argumentis explicantibus; tunc iſta probantia in unam claſſem colligenda ſunt, non obſtante, quod in Textu longiſſime diſſita ſint. (β.) Eadem verba T. poſſe plura argumenta vel ejusdem vel diverſi generis comprehendere, quæ tamen ſingula ſeorſim eruenda ſunt, & quoties novum argumentum ex illis evolvitur, toties verba iſta denuo alleganda & urgenda ſunt. E. g. *1. Petr. III. v. 1-6. Explicantia* ſunt Subjectum, Die Weiber. Prædicatum ſ. actus cum modo, ſollen unterthan ſeyn/ keuſchen Wandel führen in der Furcht/ v. 2. Nicht euſſerlich und irdiſch/ ſondern inwendig und geiſtlich geſchmückt ſeyn/ v. 3. 4. 5. Wohl thun und nicht ſo ſchüchtern ſeyn/ v. 6. *Illuſtrantia* ſunt à ſimili, petito ab ornatu muliebri, v. 3. 4. 5. ab exemplo Saræ, aliarumque mulierum fidelium, v. 5. 6. *Probantia* ſunt 1.) à mandato, in Participiis Imperati-

vum

vum ſignificantibus. 2.) Ab utili, quod eſt incrementum Eccleſiæ, v. 1. 2. 3.) Ab Honeſto, v. 4. 4.) Ab exemplo v. 5. 6. & proinde ab æquo & glorioſo, it. à poſſibili & facili: Habens jene gekont/ ſo iſts euch auch müglich und leicht; auch billich/ auch rühmlich/ihnen zu folgen; So ſolt ihr auch die Ehre haben/daß ihr ihre Töchter ſeyd. Patet hinc, quomodo argumenta ejusdem generis, ab argumentis alius generis, quibuscum in Textu permiſcentur, ſegreganda ſint: Et quomodo eadem verba (v. 3. 4. welcher Geſchmuck ſoll ſeyn der verborgene ꝛc.) Actum *explicent*, & Simili *illuſtrent*, & à decoro vel Honeſto *probent*. It. v. 5. 6. itidem plura tùm Heterogenea (illuſtrans, explicans, probans,) tùm Homogenea, ſc. probantia plura contineantur.

Sic *Col. III. 13.* *Explicantia* ſunt Subj. wer Klage hat. Obj. perſ. Unter einander/ wider den andern. Obj. reale was Klage bringt i. e. Beleidigung. Actus, vertrage/ vergebe. Modus, aufrichtig/ gäntzlich/ gleichwie Chriſtus. *Illuſtrans* eſt ab exemplo Chriſti. *Probantia* à mandato, ab exemplo Chriſti, ab honeſto, ab æquo. Nam æquum ſane ac honeſtum eſt, Chriſti veſtigia ſequi. Quoties itaque novum argumentum è verbis gleichwie Chriſtus ꝛc. vel Explicans à modo, vel Illuſtrans à ſimili, vel Probans ab exemplo, aut Honeſto, aut Æquo elicitur; toties illa pro concione repetenda ſunt.

*Collectionem v. illatorum* argg. quod concernit, ea ſi quæras unde petenda ſint, reſpon-

ſpondeo : Vel (1.) aliorum ſtudio collecta ſunt, v. g. ſi Thema ſit Dogmaticum & ad fidem ſpectet, evolvi poterunt Gerhardi, Calovii, Brochmandi, Dannhaueri, Scherzeri, aliorumque Syſtemata Theologica. Si vero Pragmaticum & ad mores pertineat, excerpantur Loci Practici v. g. Botſacci Moralia, Gerhardi Schola Pietatis, Dannhaueri Lac. Catech. Utriusque generis materiam congeſſit Flacius in Clave & Ravanellus in Biblioth. S. (quos hoc nomine commendat Autor Aph. V. §. 3. & Hulſem. pag. 64.) it. Autores Concordantiarum Realium v. g. Crellius Concord. Janus im Sternhimmel. It. Fr. Labata & Stanihurſtius in Theſ. Moral. Did. Lopez Menſ. Spir. & plures alii. Vel 2.) proprio labore conquirenda ſunt è Concordantiis Verbalibus Agricolæ, Zeiſii, Lankiſchii, ſi modo potiora Textûs verba evolvantur in illis cùm ſub voce, quam Textus habet, tùm ſub Conjugatis, Synonymis, Cognatis, Oppoſitis, v. g. *Luc. VI, 20.* Evolvatur circa Subjectum, Armer/ Armuth/ verarmen/ darben/ Dürfftigkeit/ dürfftig/ Mangel/ Elender/ Hunger/ it. Reich/ Reich machen und werden/ Reich=

Reichthum / Schätze / ꝛc. Circa Prædicatum. Selig/ Seligkeit / Glückſeligkeit / Gut haben/ Wohl/ Wohlgehen/ it Unglück/ Elend/ Jammer/ ꝛc. Reich GOttes/ Himmelreich/ Herrligkeit/ Leben/ Erbe / Krone/ it. Verdamniß / Verderben/ Verdammen/ Quaal/ Pein/ ꝛc. Certè, qui hâc ratione ſaltem Præcipua Textûs verba quæſiverit in Concordantiis, is non ſolum non deſtituetur, ſed plane obruetur materiâ dicendi, qua Thema ſuum probare, illuſtrare & amplificare poterit. Qua de re ex inſtituto B. Glauchius egit de Concord. Bibl. Uſu, Aphor. 32. & 36.

## AD APHOR. VII.

## *De Poriſmatum Extractione.*

Vidimus hactenus, quâ ratione Textus in argumenta ſua reſolvendus ſit; nunc ſequitur Poriſmatum eductio. Sunt autem *Poriſmata* ſ. Conſectaria propoſitiones è ſenſu Textus literali per pronam & bonam conſequentiam fluentes, indeque probabiles ac demonſtrabiles. Unde quicquid per juſtam ſequelam è dicto textuali probari nequit, id loco Poriſmatis habendum non eſt. Niſi quod collectio ab Hypotheſi

ad Theſin aliàs non videatur legitimâ Logicâque conſequentia niti, cum à partic. ad univ. N. V. C. Admittitur autem h. l. dummodo, quod probe notandum, Theſis iſta generalis ab exemplo illata ſit dogma fidei aut morum, in ſacris fundatum ac verum. E. g. è *Luc. XXIII, 43.* Poriſma Didaſc. licet inferre. E. anima in fide morientis, quamprimum è corpore diſcedit, immediate & absque morâ Paradiſum ingreditur. conf. Apoc. 14, 13. Aut, E. Homo ſolâ divinâ gratiâ absque ullo B. operum adjumento ſalvatur. conf. Eph. 2, 8. Vel è *Pſal. LI, 1.* E. omnes fideles debent remiſſionem peccatorum à DEO petere. conf. Pſ. 32, 6. Vel è verſ. 7, omnes etiam in Eccleſiâ naſcuntur in originis peccato. vid. Joh. 3. v. 6. Quemadmodum aliàs Logici argumentationem ab Exemplo admittunt tanquam illationem, ut vocant, imperfectam, ita ut ab uno ſingulari ad probationem, non univerſalis quidem theſeos, ſed ſingularis alterius procedatur, propter convenientiam iſtorum ſingularium in uno tertio. v. g. è *2. Sam. XII, 13.* David pœnitens miſericordiam divinam impetravit. E. & ego, tu, ille, iſte, eandem impetrabimus, ſi modo nos peccatorum pœniteat. Contra vero ſi Hypotheſis proponat exemplum ſpeciale & extraordinarium, he-

roicum, vel etiam impium; non licet hinc diſcedere ad Theſin generalem, quippe quæ falſa foret, atque contraria Scripturæ. E.g. è *Luc.I,15.* Johannes in utero materno repletus fuit Spiritu S. & fide. E. omnes infantes fidelium inde ab utero ſunt pleni Spiritus S. atque fidei. Theſis falſa eſt, & contradicit Pſ.51,7. Eph. 2,3. Vel è *Luc.XXIII.* E. & alii Paradiſum ingreſſuri, ceu latro, pœnitentiam ad mortem usque differant, contra Ebr. 3,18. ſqq. Vel è *Jud. XVI, v.30.* E. αὐτοχειρία eſt licita. Nam factum illud Samſonis erat Heroicum, Chriſtum morte ſua hoſtes perdentem præfigurans; theſis autem illata contrariatur Exod. 20,13.

Quod vero modum inveniendi Poriſmata & eruendi concernit, ſolent nonnulli ad ipſos fontes argumentandi remittere, ad locos nempe Topicos. Ut ſcilicet colligatur *à Toto* ad partem vel à partibus ad Totum; *à Theſi* ad Hypotheſin, vel contra; *à cauſa* ad Effectum, vel viciſſim; *ab Antecedente* ad Conſequens, vel verſâ vice; *ab Adjuncto* ad Subjectum; *à Simili* ad aliud Simile; à Pari, Majori ad minus, Minori ad majus; *à diſſimili* ad diſſimile, ab oppoſito, repugnante, &c. Nos autem quamvis modum iſtum non rejiciamus, ſed eatenus omnino commendemus, ut ſciant tyrones

unum

unum ex altero rite inferre; faciliorem tamen proceſſum iſtum judicamus, qui tùm ipſam dicendi materiam, tùm 5. dicendi genera, eorumque reſpectum, quem ad ſe invicem habent, jubet attendere; ita ut Poriſmata inveſtigans uno oculo genera cauſarum, altero contenta Textus reſpiciat & contempletur.

Nimirum ſi Textus fuerit Didaſcalicus, Poriſma *Elenchticum* refutat antitheſin Adverſariorum vel directè, vel conſequenter theſi contradicentium. *Pædevticum* ut inveniatur, conſiderandum eſt, quâ ratione dogma, quod præ manibus eſt, ad bonos mores trahi, & vel in genere ad pietatem vel in ſpecie ad hanc vel illam virtutem inſtigare, & argumentum quoddam Pædevticum ſuppeditare poſſit. Jam ſinvento genere Pædevtico, hoc ipſo patet Poriſma *Epanorthoticum*, id enim tractabit vitium oppoſitum. Denique diſpiciendum eſt, quomodo dogma propoſitum ſolari poſſit hominem corporaliter aut ſpiritualiter afflictum, & ſic patebit Poriſma *Conſolatorium*.

Atque idem planè proceſſus eſt, ſi Textus fuerit Elenchticus, nam Orthodoxiam errori contrariam tractabit Didaſcalia &c.

Porro, ſi Textus eſt Pædevticus, oppoſita vitia dabunt *Epanorthoſin.* *Didaſcalia* verſabitur circa definitionem & formalitatem, cauſas, adjuncta & affectiones iſtius virtutis. Vel etiam ſi textus Argum. aliquod probans è dogmate fidei hauſtum contineat, hoc in uſu Didaſc. applicandum eſt didaſcalicè ad Libb. Symbol. & Uſum Auditorii; qui uſus tamen particularis eſt. *Elenchus* refutat falſam definitionem, cauſas, adjuncta, media &c. vel etiam errantes circa dogma, probantis argumenti vicem in T. ſuſtinens. *Conſolatio* petitur à præmio propoſitæ virtutis contra difficultates, quæ iſtam comitantur; it. à divinâ miſericordiâ defectus & infirmitates noſtras per Chriſtum condonante, nec ſecundum rigorem præcepti legalis, ſed lenitatem & ἐπιείκειαν Evangelicam nobiſcum agente; à bonitate cauſæ, puritateque conſcientiæ, ſi bona agentes mala patiamur &c.

In Epanorthotico, Textu ſimilis iterum ratio eſt. In ſpecie, ſi Textus argumentum à damno contineat, Didaſcalia tractabit Juſtitiam DEI punitivam. Poſtmodum Conſolatio ſumetur à contrario; prout enim impiis iraſcitur, ita viciſſim piis gratioſum ſe præbet ac beneficum. It. ab interitu hoſtium, malitiâ ſua pios prementium, indeque iram & vindictam divinam provocantium.

Denique, dato Textu Conſolatorio *Didaſcalia* occupabitur circa qualitatem ſ. affectionem aliquam objecti afflicti, vel etiam ſolatii, vel utriusque ſimul. Quare ſi dogma quoddam fidei loco Argum. Conſol. in Textu fuerit, hujus Applicatio pertinet ad Uſum Didaſcal. *Elenchus* refutabit ſecus & male de rebus iſtis ſentientes. *Pædia* hortabitur afflictos ad patientiam, ſpem & fiduciam, ad implorationem divini auxilii, vel etiam ad pietatem, ut puritate conſcientiæ lætari poſſint in cruce, eandemque non pœnæ loco, ſed ſaltem paternæ caſtigationis habeant. Vel etiam eos, quos DEUS auxilio ſuo ſolatur, ad

gratitudinem hortabitur. *Epanorthoſis* autem vitia dictis virtutibus oppoſita perſtringet.

E. g. Textus extra contextum Didaſcalicus è *2. Petr. III, 9.* DEUS non vult aliquos perire &c.

*Elencht.* Poriſma refutat Calvinianos, & horum abſolutum perditionis ac reprobationis decretum.

*Padevt.* E. pœnitentiam agamus, voluntati divinæ morem geramus, & perditionem evadamus.

*Epanorth.* Contra impœnitentes. Hi voluntatem DEI de ſalute ſuâ irritam reddunt, ac perditionem incurrunt.

*Conſolat.* Contra morſus conſcientiæ & metum gehennæ. Non eſt, quod pœnitentes perditionem metuant. Deus enim gratioſus eſt, non volens perditionem, ſed converſionem, & hâc mediante ſalutem.

Vel *1. Joh. I, 7.* Sanguis Jeſu &c. *Elenchus* refutat Calvin. qui communicationem Idiomatum negando, ſanguini Chriſti vim verè divinam nos emundandi denegant: Socin. ſatisfactionem Chriſti negantes; Pontific. quosdam Chriſtum ſaltem pro Pecc. Orig. ſatisfeciſſe putantes. it. ſatisfactionem pro pœnis temporalibus noſtram requirentes.

*Padevt.* Emundationem iſtam fide nobis applicemus, ac ſemel mundati munditiem iſtam illibatam conſervemus.

*Epan.*

*Epan.* Contra impios, qui ſanguinem iſtum pedibus quaſi conculcant, peccatisque ſe denuò coinquinant.

*Conſol.* Pro dolentibus de peccatis. Sanguine J.C. fide apprehenſo mundantur.

Elenchticus T. è *Pſalm. XCIV, 7-9.* errorem Atheorum exprobrat & refutat.

*Didaſc.* Deus omnia videt & audit.

*Pæd.* Pie vivamus, ut omnia videnti & audienti placeamus, & iram ipſius evitemus.

*Epan.* Contra peccatores ſecuros. Deus eſt judex *αὐτόπτης*. Turpe ac damnoſum eſt in conſpectu judicis flagitium committere.

*Conſ.* Deus adverſa cuncta ſuorum, quæ patiuntur, videt; querelas audit &c.

Vel *Matth. V, v. 17.* Refutat opinionem de Chriſto conceptam, quaſi venerit, ut legem & prophetias tolleret. Contra Anabapt.

*Didaſc.* Chriſtus eſt complementum Legis & prophetiarum, per obedientiam activam & paſſivam Legi præſtitam & à Prophetis prædictam.

*Pædevt.* Scripta V. T. magni æſtimemus, quia tanta eorum dignitas, & Chriſtus eorum centrum & complementum eſt. Prophetis credamus, Legi obediamus exemplo Chriſti.

*Epan.* Contra contemtores Scriptorum Moſaic. & Prophet. præſertim Antinomos & Libertinos Practicos.

*Conſol.* Contra accuſationem & maledictionem Legis. Chriſtus eam pro nobis adimplevit.

Pædevticus ex *Eph. IV, 1-6.* fideles ad unanimitatem & pacem adhortatur.

*Epanorth.* Contra diſcordes, qui vel in fide vel in vita lites movent.

*Didaſc.* De verâ Unitate in Eccleſiâ ſervandâ, inter orthodoxos & in Spiritu S.

*Elencht.* Contrà Syncretiſtas & intempeſtivos Pacificatores, qui in præjudicium fidei & religionis veræ unitatem cudere ſatagunt.

*Conſolat.* Pro pacificis, contra turbatores pacis. Arg. à bonitate cauſæ ſuæ, quod obſequantur exhortationi Apoſtolicæ; & Adverſariorum, qui iſtam contemnunt, interitu: It. ab excellentia futuræ gloriæ, quam unam cum reliquis pacificis expectant.

Vel *Act. XX, 28.* Hortatur paſtores ad curam animarum & functionem ſedulam.

*Epanorth.* Contra infidos paſtores, qui male ſuo muneri præſunt.

*Didaſc.* De Miniſterio Eccleſ. ejusque Cauſa Eff. ſubjecto, objecto, forma, fine, adjunctis, v. g. neceſſitate, dignitate, gravitate &c.

*Elencht.* contra Fanaticos, Anabapt. Svvenckf. Socin. & Armin. qui circa Miniſterii Effic. Subj. adjuncta errant, dum absque divina vocatione cuilibet ſacrum hoc officium concedunt. It. contra Pontificios, qui circa finem & actus formales errant, dum Epiſcopos partim titulares partim ſeculares habent, qui non pedo paſtorali, ſed brachio ſeculari, non verbo ſed ferro gregem paſcunt &c.

*Conſolat.* Contra moleſtias & curas, quæ ſacras Mini-

Miniſtrorum functiones ſubinde comitantur. Arg. Conſ. à div. providentiâ & ordinatione, à bonitate cauſæ, à communi ſorte piorum Miniſtrorum, ab utilitate afflictionis, quæ in ſalutem gregis concrediti vergit; ab aſſiſtentiâ Spir. S. & remuneratione, qui enim ad obeundas curas has ipſos conſtituit, is aſſiſtet & remunerabitur.

Epanorthoticus è *2. Cor. VI, 14-16.* Dehortatur à pravô conſortio cum infidelibus.

*Pædevt.* Econtra ſancte vivamus, pioque conſortio, Juſtitiæ, lucis, fidelium, Chriſti gaudeamus, & reapſe demonſtremus nos eſſe templa Spirit, S.

*Didaſc.* De ſummo diſſidio fidelium & infidelium, piorum & impiorum.

*Elencht.* Contra Syncretiſtas communionem partium adeò diſſidentium, & conciliationem Chriſti cum Satana, lucis cum caligine, Juſtitiæ cum injuſtitia introducere ſtudentes.

*Conſol.* Pro iis, qui cum Heterodoxis & impiis in eadem urbe vivunt, atque ſic neceſſe habent non ſine variis adverſitatibus externè & civiliter cum illis converſari. Arg. Conſol. à bonitate cauſæ; & aſſiſtentiâ Dei. Nihilo ſecius conſortes ſunt lucis, Juſtitiæ, Chriſti: Ac Deus, DEUS ipſorum v. 16. ſuos proteget, & ſegregabit olim.

Vel *1. Tim. VI, 2.* Dehortatur ſervos à contemtu dominorum fidelium.

*Pædevt.* Ad obſequium & honorem heris præſtandum.

*Didaſc.* Scripturæ conſonum fundatumque in ſacris diſcrimen eſt ſtatuum ac dignitatum.

*Elencht.* Errant Anabaptiſtæ æqualitatem omnium omnino fidelium fingentes.

*Conſol.* Pro ſervis & horum durâ conditione. Argum. à puritate conſcientiæ ſi perferant, à providentia div. circà mali hujus immiſſionem. Ipſe enim ſic ordinavit &c.

Conſolatorius ex *Eſa. I, 9.* Conqueſtio de ruina Eccleſiæ pene totali; cui tamen admiſcetur Conſolatio, quod per Dei gratiam aliqui adhuc ſuperſtites manſerint.

*Didaſc.* De ſtatu Eccleſiæ veræ in his terris quandoque miſero ac deplorato. It. de providentiâ div. circa moderationem calamitatum.

*Elencht.* Contra Pontific. externam felicitatem pro verâ veræ Eccleſiæ nota venditantes. It. Atheos providentiam Dei negantes.

*Pædevt.* Membra Eccleſiæ pietati ſtudeant, ut Deum vindicem non exacerbent. Ingruente vero pœnâ epidemicâ Deum pœnitentiâ placent, ipſi quoque confidant, maliq; moderationem ſperent.

*Epanorth.* Peccata Sodomitarum & Iſraëlitarum fugienda; Irruente vero malô non deſperandum, nec ſcandalum exinde capiendum, quaſi cœtus hoſtium proſpere agentium, non autem Eccleſia preſſa, ſit vera Eccleſia.

Vel *1. Theſſal. IV, 13. 14.* Solatur Chriſtianos plus juſto ſuos lugentes.

*Didaſc.* De fidelium beato ſtatu poſt mortem, quia dormiunt; eorundemque olim futurâ reſurrectione.

*Elencht.* Contra Pontif. qui fideles poſt mortem

tem non dormire, ſed cruciari credunt in purgatorio. It. Pſychopannychitas. Paulus de ſomno non animæ, quem ipſi ſomniant, ſed corporis defuncti loquitur. It. Atheos & Gentiles reſurrectionem prorſus negantes. It. Socin. reſurrectionem corporum eorundem, quæ obdormiverunt, inficiantes.

*Pædevt.* Pie nunc vivamus olim cum Chriſto reſurrecturi, peccato moriamur, reſurgamusque ſpiritualiter. It. noſtros defunctos honeſtè ac piè ſepeliamus, modicè atque decenter lugeamus, ſpe reſurrectionis futuræ.

*Epanorth.* Contra impios, qui nunc in peccatis mortui, olim non reſurgent ad vitam cum Chriſto, ſed ad opprobrium. It. Contra denegationem honeſtæ ſepulturæ, luctûsque decentis. Vel etiam contra luctum excedentem & immodicum.

Atque ſic ad oculum, ſpero, patebit, quâ ratione intuitu quinque dicendi generum ac Thematis tractandi reperienda ſint poriſmata; Cumque in uno iſto genere, in quo Textus vel Thema concionis eſt, ſubſiſtendum non ſit, quomodo ex illo reliqua deduci debeant ac derivari. Juxta §. 1. Aph. præſentis.

Porrò §. 2. tria potiſſimum circa extractionem Poriſmatum obſervare jubet B. Autor.

(I.) Ut ea ſolùm ſeligantur, quæ è ſenſu Textûs Literali profluunt. Quô ipſo tamen ſenſus myſticus innatus non excluditur, ſed ſaltem myſticus illatus. Communiter enim ſenſus diſtinguitur in literalem, qui ab ipſo Scriptore S. principaliter intenditur, & per ſe ac proximè è verbis ſive propriis, ſive figuratis, quibus effertur, profluit: & Myſticum, qui è re ſenſu literali deſcriptâ & ad ſignificandam rem ſpiritualem aut moralem applicatâ provenit; Eſtque vel Allegoricus, vel Typicus, vel Parabolicus. Hic autem ſenſus Myſticus vel ἔγγραφος eſt ſ. Biblicus & innatus, ab ipſomet Spiritu S. intentus, & expoſitus; vel ἄγραφος ſ. Eccleſiaſticus & illatus, ab Eccleſiæ Doctoribus inventus & excogitatus. Verùm enim v. Myſticus innatus ſenſui literali opponendus non eſt, ſed ſubordinandus. Unde rectius illi procedunt, qui *literalem* definiunt, *quod ſit ſenſus ab ipſo Spiritu S. intentus, & vel è verbis, vel ipſâ quoque re verbis indicatâ promanans.* Hinc diſtinguitur in planum ſive *ſimplicem*, & plenum ſive *prægnantem.* Ille habetur in locutionibus propriis, hic in

in Schematicis, v. g. Typicis, Parabolicis, Allegoricis. Et *prægnans* iterum in ſenſum immediatum ſive *proximum*, & *remotiorem* ſive mediatum. Uterque literalis eſt & à Scriptore S. intentus, hôc tamen cum diſcrimine, quod ille è verbis proxime proveniat; hic paulo remotius, mediante re verbis illis, cum intentione tamen Scriptoris principali, ſignificatâ. vid. Dannh. Herm. p. 34. 35. 42. Jam quod ad rem præſentem attinet, deducenda ſunt Poriſmata è ſenſu ſolum literali & Myſtico innato, ſive quod eodem recidit, è literali tum proximo tum remotiore; non autem è Myſtico illato Eccleſiaſtico. Ratio, quia Poriſmata è Textu inferenda ſunt per bonam conſequentiam. Atqui è ſenſu Myſtico illato nil valide probaveris. Nam hujusmodi Theologia Parabolica, Allegorica, Typica non eſt argumentativa. Contra è literali & Myſtico innato, dummodo extra convenientiam à Spiritu S. monſtratam non diſcedatur, concludere licet.

E. g. Si Textus fuerit Typicus *Jon. II, 1.* isq; non Hiſtoricè tractetur ut nuda rei cum Jona geſtæ narratio, ſed Propheticè, ut Typus J. C. tertiâ

die reſuſcitandi (Matth. XII, 39. 40.) Applicatio *Didaſcal.* aget de reſurrectione J. C. per Jonam præfiguratâ. *Elencht.* Contra Judæos reſurrectionem Jeſu negantes. *Pædevt.* Et nos peccatis mortui cum Chriſto reſurgamus. *Epanorth.* Contra impios in peccatis mortuos, nec ſurgere volentes. *Conſolat.* contra metum mortis. Jonas è ventre ceti vivus dimiſſus eſt, & Chriſtum redivivum adumbravit. Sic & nos reſurgemus olim.

Vel ſi Textus detur Parabolicus *Matt. XIII, 24. ſqq.* Applicatio *Didaſc.* de hæreſibus, earumque Cauſâ Eff. occaſione, formâ, adjunctis, conſequente, &c. *Elenchus* contra Pontif. & Calvin. quosdam, aſſerentes hæreſibus ferro & igne reſiſtendum, atque ſic infelix illud lolium vi extirpandum. It. Calvin. Deum ut cauſam peccati & hæreſeos blaſphemantes. It. Puccianos & Syncretiſtas, quemque ſuâ religione ſalvari poſſe putantes. It. Empæctas judicium extremum deridentes. *Pædevt.* Vigilemus, & caveamus nobis ab aſtu Satanæ, zizaniisque ab ipſo ſparſis. *Epanorth.* Contra ſecurè dormitantes, iſtamque hæreſium diſſeminationem ſuâ incuriâ admittentes. *Conſol.* Pro Orthodoxis, qui vitam inter hæreticos degunt. Nunc quidem DEUS permittit; At olim ſegregabuntur.

Aut: ſi tractandus ſit Allegoricus Textus, *Matth. III. 12.* Applicatio *Didaſcal.* erit de Judicio Chriſti, piis æternam ſalutem impiis æternum exitium adjudicante. *Elench.* Contra Pontif.

tiff. ſtatum intermedium fingentes: It. Doctores Miſericordes, Anabapt. & Libertin. æternitatem pœnæ infernalis negantes. *Pædevt.* E. pietate & fide ſimus triticum Deo acceptum & frugiferum. *Epanorth.* Ne ſimus levitate noſtra paleæ igne æterno comburendæ. *Conſol.* Contra perſecutiones & calamitates, quibus veluti cribramur inſtar tritici. Olim colligemur in horrea cœleſtia &c.

Hæc omnia bene ſe habent, Contra, ſi quis è *Gen. VII.* de arca Noæ ageret, eamque ut typum Eccleſiæ conſideraret, indeque Poriſma *Didaſcal.* extraheret: Extra Eccleſiam nulla ſalus eſt, ſicut animalia extra arcam perierunt. Vel: Eccleſia eſt cœtus mixtus è piis & impiis, perinde ut animalia munda & immunda fuerunt in arcâ. Hinc *Elench.* Contra Anabapt. omnimodam Eccleſiæ puritatem fingentes. Vel contra Puccium, Zvvinglium, ejusque defenſores, qui ipſorum quoque gentilium quosdam Cœlitibus accenſent. *Pædevt.* E. maneamus in arcâ, ſimusque membra Eccleſiæ vera. *Epan.* Contra mundanos, ab Eccleſia ſeceſſum facientes. *Conſol.* DEUS in arcâ ſ. Eccleſiâ ſuos proteget & ab interitu ſervabit.

Hæc omnia quanquam verè & ſalutariter dici queant, h. l. tamen incongrue dicerentur, cum Typus iſte non ſit Biblicus, ſed ſaltem illatus.

Vel ſi, dato Textu Parabolico *Luc. X, 25. ſqq.* Applicatio *Didaſcal.* formaretur de ſtatu lapſorum hominum deperdito, ſed inſtaurato per Chriſtum:

De Legis inſufficientiâ ad ſalvandum, quia Sacerdos & Levita re infectâ tranſierunt: De verâ ratione reconvaleſcendi à vulneribus peccati per contritionem & fidem, iſtam è Lege, hanc ex Evangelio, quemadmodum iſte convaluit è vino & oleo vulneribus infuſo. *Elenchus.* contra Socin. ſalvationem humani generis per Chriſtum inficiantes; Pontific. qui ſalutem è Lege ſtatuunt, aliasque partes converſionis ſalutaris conſtituunt, contrit. nempe, confeſſ. & ſatisf. *Pædeut.* Vulnera peccatorum agnoſcamus, Chriſto medico detegamus, ejusq; curæ committamus, oleum & vinum infundi patiamur, i. e. legalibus minis contriſtemur, promiſſionibus Evangelicis fidem habeamus. *Epan.* Contra impœnitentes, qui ſua vulnera non ſentiunt, neque Chriſti ſanationem admittunt. *Conſol.* Contra dolores conſcientiæ. Chriſtus pro ſuâ bonitate ſanabit iſta vulnera, &c.

Fatemur Applicationem hanc, prout oſtenſa jam à nobis eſt, Orthodoxam eſſe & ad ædificationem auditorii ſatis proficuam; improbamus tamen eandem hoc nomine, quod à ſcopo Chriſti plane recedat; qui h. l. ſaltem erat oſtendere quisnam ſit proximus, nempe quilibet opis noſtræ indigus, etiam peregrinus, imò infidelis etiam & hoſtis, ut conſtat e v. 27. 28. 29. 36. 37. Quare iſta Expoſitio Allegorica non innata foret, ſed illata. Ne dicam eandem pluribus laborare incommodis & abſurditatibus, v. g. quod vires adhuc aliquas in ſpiritualibus homini poſt lapſum tribuit, quia hic non penitus exanimis, ſed ſemimortuus jacebat; It.

quod

quod Chriſtus Samaritanus dicitur, i. e. ſuperſtitioſus & nequiſſimus. It. quod Legis peritus jubetur ſimiliter facere, atque adeò humanum genus, perinde ut Chriſtus, ſalvare &c.

Vel ſi Textus è *Pſal. CXXXVII. ult.* ſumatur & præeunte Auguſtino in Enarr.h.l. *Didaſc.*ageret de concupiſcentiis ob pravitatem ſuam in primâ quaſi juventâ, primisque motibus necandis. *Elench.* Contra Pontific. qui ſeſſ. 5. can.5. Conc. Trid. negant eas veri nominis peccatum eſſe. *Pædeut.* Extinguamus iſtas. Beatus n. quisquis alliſerit &c. *Epanorth.* Contra carnales, qui iſtas fovent. *Conſol.* Si doleamus de noſtra corruptione, crebrisque motibus iſtius pravitatis. Solat. Beati, ſi modo reſiſtamus. Deus non imputabit propter Chriſtum. Cuncta hæc iterum ſatis plauſibiliter & verè proponi poſſent; ex hoc autem Textu proponenda non ſunt, quia in iſto, cum intentione Davidicâ, non latent, adeoque per modum Poriſmatum erui nec poſſunt nec debent.

(II.) Monet autor Poriſmata Homogenea ſolummodo extrahenda eſſe, (hoc fine nimirum, ut in Uſibus tractentur) i. e. prout ipſe deſcribit, quæ non aliena plane ſunt â ſcopo & argumento textûs. Heterogenea vero, quæ à ſcopo & argumento Textus prorſus abludunt, utut amplificationi inſerviant, & per deſcenſum ad L. C. tractationi venuſte poſſint inſpergi; ad

Appli-

Applicationem tamen, quam h l. primariò intendimus, reſervanda non ſunt. Verùm, ſi rem paulò penitius contemplemur, obſervabimus iſta quoque Poriſmata, quæ cum ſcopo & argumento T. conveniunt, non omnia ejusdem cenſûs eſſe, ſed alia reſpectu Thematis in concione propoſiti remotiora, alia propiora. Hinc in utrâque Methodo reſpiciendum eſt ad propoſitionem & partitionem, & ex hiſce judicium ferendum eſt de Conſectariis, quænam ſint Homogenea in Uſibus tractanda, quæque Heterogenea ad Applicationem incongrua. *Illa* quidem ſunt, *quæ â Propoſitione & Partitione longius abeunt: Hæc* autem, *quæ cum illis conveniunt*, ad easque commodè quadrant. E.g. Evang. *Luc. XIX, 41. ſqq.* Si proponas *Jeſum Hieroſolymæ 1.) condolentem, 2.) iraſcentem.* Poriſma *Didaſc.* aget de Miſericordia & Juſtitia divinâ. *Pædevt.* E. Ira metuenda, indeque pœnitentia agenda eſt; de peccatis ſeriò dolendum; miſericordiæ verò confidendum. *Epanorth.* Contra præfractos peccatores, qui iram Chriſti non verentur, miſericordiâ vero, quæ ipſos ad pœnitentiam ducere debebat, abutuntur, ad perſeverantiam in malo. *Conſolat.* Pro dolentibus de peccatis, iramque divin. expaveſcentibus. Jeſus condolet & miſeretur.

Porro

Porro proponamus: *Exitii bellici pœnam Judæorum culpâ promeritam. 1.) Culpam promerentem. 2.) Pœnam promeritam.* Vel in Methodo Synthet. ſi ab Hypotheſi progrediamur ad Theſin, & quod h.l. de Judæis in ſpecie refertur, in genere aſſeratur de peccaminoſâ gente quâlibet Applicatio *Didaſc.* erit: Bellum eſt pœna peccatorum. *Pædevt.* E. hanc ſeriâ converſione declinemus & quæ ad pacem noſtram faciunt, meditemur. *Epanorth.* Contra peccatores culpâ ſuâ tantas pœnas adſciſcentes. *Conſol.* Si bellum ingruat, Deus proſpiciet ſuis, quique â culpâ promerente ſunt liberi, â pœnâ quoque ſervabuntur immunes. Cumque iſtos, qui, quæ pacis ſuæ ſunt, non curant, bello puniat; viciſſim ſtudentes paci conſcientiæ ad pacem transferet cœleſtem. Jam ſi Poriſmata hæc ad ſe invicem conferas, cuncta ſunt Homogenea reſpectu ſcopi & argumenti textualis; Interim ſi poſteriora priori diſpoſitioni applices, aut priora poſteriori, non amplius erunt Homogenea, ſed Heterogenea & incongrua, quandoquidem cum propoſitione & partitione non conveniunt.

Aliud exemplum è *Matth. XXII,* 15-22. Proponatur *Conciliatio cenſus Deo & Magiſtratui dandi. 1.) A Judæis quæſita* ſeu deſiderata, 2.) *â Chriſto deciſa* vel impetrata. Poriſma *Didaſc.* Obſequium Deo & Magiſtratui præſtandum ſunt compatibilia. *Elencht.* Contra Anabaptiſt. obſequium Magiſtratui tanquam ſtatui cum Chriſtianâ libertate inconciliabili denegantes. *Pædevt.*

*dect.* E. ſuum cuique, Deo & Magiſtratui tribuamus. *Epanorth.* Contra eos, qui vel Deo vel Magiſtratui debitum cultum & obſequium non præſtant. *Conſol.* Pro Magiſtratu pio à ſubditis immorigeris variè afflicto. Solat. à bonitate cauſæ; & exemplo ipſius DEI, cui cultus itidem non rarò denegatur. Vel etiam: Pro ſubditis tyrannicâ exactione nimium preſſis. Arg. Conſol. à divinâ providentiâ circa mali immiſſionem. Nam DEUS Magiſtratui poteſtatem dedit exigendi cenſum, quâ quod iſte abutitur, DEUS permittit, utut non approbet. It. à bonitate cauſæ; Effato Chriſti parent, & bonis exuti ſuis puritatem tamen conſcientiæ ſervant.

Si vero propoſitio & partitio hæc fiat; *Inſidiæ Phariſæorum 1.) Chriſto parata 2.) à Chriſto declinata.* Poriſma *Didaſc.* de malitia & vanitate inſidiarum piis ab impiis ſtructarum. *Pædect.* Sincere cum proximo agamus, ne doloſis hiſce aſſimilemur. It. Prudenter & circumſpectè verſemur & ab inſidiis hoſtium exemplo Chriſti caveamus. *Epanorth.* Contra doloſos piis inſidiantes, It. incautos & improvidos. *Conſol.* Pro piis, contra inſidias mundi. Arg. Conſ. ab exemplo Chriſti & providentiâ divinâ circa mali hujus moderationem & ablationem; DEUS enim technas ipſorum eludet & proſtituet.

Vel, ſi proponatur: *Excellentia Chriſti in munere ſuo prophetico. 1.) Ab hoſtibus etiam deprædicata, 2.)* ab ipſo notabili *ſpecimine demonſtrata. Didaſcal.* Ageret de officio Chriſti prophetico

phetico: vel etiam de Doctoribus Eccleſiæ, Chriſto in ſacrâ hac functione ſuo modo ſuccedentibus, eumq; imitantibus. *Pæd.* E. Chriſtum lubentes audiamus tùm in verbo ſuo, tùm per Miniſtros Eccleſiæ nos informantem, eique in vitâ & fide obſecundemus. Vel pro Doctoribus, ut Chriſtum imitentur, & veritatem intrepide doceant. *Epanorth.* Contra contemtores verbi tùm in S. Codice ſcripti, tùm per Miniſtros prædicati. Vel: Contra Doctores minus rectè ſuo munere fungentes, odium ſuperiorum formidantes, &c. *Conſolat.* Pro piis ſeductionem & aberrationem à vero ſalutis tramite metuentibus. Chriſtus excellentiſſimus Doctor viam DEI recte docuit, neque qui ipſum audiunt, errabunt. Vel, pro Doctoribus, quibus ſi ſuo muneri fideliter præſint, inſidiæ non raro (perinde ut h.l. Chriſto Doctori) ſtruuntur.

Jam quis non videt Poriſmata iſta non quidem aliena eſſe à ſcopo & argumento Textûs, aliàs in nulla diſpoſitione locum haberent; Nihilominus ea ſingula iſti ſaltem diſpoſitioni, cui ſubjunximus, congruere, nec ulli alteri. Quid enim ineptius eſſet, quam ſi proponerem, *Cenſum DEO & Magiſtratui dandum.* Et ſubnecterem *Didaſc.* de officio Doctorum Eccleſ. rite obeundo. *Elencht.* contra Anabapt. Magiſtratûs hoſtes. *Pædiam* de ſinceritate erga proximum aut prudentiâ in declinandis dolis. *Epanorth.* Contra timidos verbi præcones. *Conſol.* Pro ſubditis cenſu nimio preſſis, Sanè cento id eſſet, non concio Methodica.

Sum-

Summmma E. dictorum huc redit, ut iſta ſolum pro applicatione quærantur conſectaria, ceu Homogenea, quæ Thema propoſitione & partitione monſtratum proximè concernunt & exinde ſuâ quaſi ſponte profluunt.

(III.) Requirit Autor, ut Poriſmata congrua ſint Loco, Tempori & Auditorio; Adde: Perſonæ dicentis. *Loco*, ne v.g. in pago è caſis luteis & ſtramineis conſtante multis agatur contra luxum in extruendis palatiis & ſumtuoſis ædibus. *Tempori*, ne tempore belli de peſte, famis de bello; tempore Paſchatis de nativitate Chriſti, aut Pentecoſtes de paſſione ex inſtituto diſſeram, ſed cuncta ſuo tempore & loco. *Auditorio*, ne coram rudi & ſimplici cœtu dogmata ſubtiliora & captum iſtius tranſcendentia proponantur, aut Adverſarii acutè & prolixè refutentur. Adjeci etiam, *perſonæ dicentis*, ne v. g. ſtudioſus ad officium publicum nondum vocatus Poriſmata Epan. fervide tractet, inque mores Auditorum vehementius invehatur. Quæ omnia jam ſupra diximus circa electionem T. obſervanda Aph. 2. p. 8.

Deni-

Denique §. 3. proſpexit Autor Conſectariis de Argumentis probantibus & amplificantibus, quâ notione & illuſtrantia complectitur, ut Aph. præced. vidimus. Jubet autem argumenta fortiſſima præ cæteris eligere. Fortiſſima vero ſunt vel ad minimum videntur, quæ textui ſunt inſita, eò, quod in tractione pro dignitate deducantur. Quapropter Poriſma, quamprimum profertur in Applicatione, argumento textuali muniendum & probandum eſt, ut ita ſtatim appareat, quàm benè huc quadret & ex ipſo textu ſequatur. Poſtmodum vel argumentis aliis probantibus confirmari ulterius, vel ſaltem amplificari & illuſtrari poterit. Qua de re inferius Membr. 2. Aph. 6.

## AD APHOR. VIII.
## *De Formulis Connectendi.*

Jubet hîc Autor in promtu habere formulas connectendi, quibus tùm Partes concionis inter ſe, tùm diverſa genera in Uſibus, tum Argumenta venuſte conjungantur. Et connexiones quidem Exordii cum Themate proponendo, quæ aliàs Tranſitio-

ſitiones appellantur, inprimis debent eſſe concinnæ, ut congruentiam Exordialis materiæ cum Textuali, ipſumque adeò fontem Exordii exſerto quaſi digito monſtrent. Reliquæ v. partes *vel* de ſimplici & plano connectantur (hæc de primo, ſequitur alterum; ſupereſt adhuc tertium) *vel* etiam commodiore quodam tranſitu & magis artificioſo, quem ipſa materia dicenda & cognatio Partis præcedentis cum ſubſequente ſuppeditare poterit. Quâ ratione vero diverſa genera in Uſibus jungenda ſint, oſtendit Hulſem. c. X. Orat. p. 175 191.

## Ad Aphor IX.
## *De Pathologiâ.*

Pathologia nunc & Affectuum commotio tractanda ſequitur, quæ neceſſariò in omni ſacro ſermone, ſi cum fructu quidem & ædificatione auditorum habendus ſit, requiritur. Cùm n. (verba ſunt Autoris) finis Oratoriæ Eccleſ. ſit non ſolum docere & informare Auditorium de rebus credendis, vel agendis, vel ſufferendis ac ſperandis; ſed vel maximè flectere mentes auditorum, & in his omnibus aſſenſum & obſe-

obſequium permovere: Ideò inſtructus ſit Concionator ejusmodi mediis, quibus id, quod intendit, obtineat; & ipſa ſuorum corda efficaciter penetret ac flectat. Habet autem Pathologia uſum & locum ſuum in qualibet Concionis Parte, & licet in Uſibus præprimis dominari debeat, poteſt tamen in ipſa Tractatione, in Exordio, quin & in Præloquio adhiberi quandoque, in concionibus præſertim extraordinariis, feſtivis, pœnitentialibus &c. ut hâc ratione ſtatim ab initio torpor excutiatur auditoribus, & attentio major in eis accendatur. Neque hîc diſcrimen infert diverſitas Generum, ſed uſurpari Pathologia poterit in quolibet Cauſarum genere. Nam in Didaſcalico movendus eſt affectus *Admirationis*, ſi myſteria tractentur; *Amoris* ac zeli in amplexanda, defendendaque veritate; *Gaudii* de repertâ, ac *Metûs* de amittenda ſalutari doctrina. In Elencht. moveatur affectus *Odii* erga heterodoxiam, *Metus & Pudoris* in adverſariis, ut ipſos pudeat erroris, pœnamque DEI hinc imminentem metuant. In Pædevt. affectus

*Amoris* erga virtutes; it. *Spei & Gaudii* in piis, quod puritate conſcientiæ lætari, atque divinam remunerationem expectare poſſint. In Epanorth. Affectus *Odii* adverſus vitia, ne committantur: *Pudoris* & *Metus* ſi jam commiſſa ſint. In Conſol. Affectus *Spei* & fiduciæ, it. *Gaudii*, ut malo culpæ vel pœnæ preſſi non deſperent, ſed gratiæ divinæ confidant, & vel in ipſâ cruce lætentur.

Eſt autem Pathologia (docente Hulſem. p. 193.) vel Verbalis vel Realis vel Morata. *Verbalis* conſiſtit in ſermone ac verbis penetrantibus atque patheticis. *Realis* in rebus & argumentis Pathet. & permoventibus. *Morata* in pronunciatione & moribus ſ. geſtibus Patheticis.

*VERBALIS* juxta §. 2. præſ. Aph. quadruplici ratione poteſt inſtitui.

(1.) *Rhetoricè* per Tropos & figuras. Nam dici vix poteſt, quanta vis ad permovendos animos in ipſo ſermone & ſtylo lateat, ſi figuris exornetur & acuatur quaſi, v.g. Anaphorâ, Epiſtrophe, Symploce, Anadiploſi, Epizeuxi, Interrogatione, Exclama-

clamatione, Admiratione, Dubitatione, Communicatione, Apoſtrophe, Proſopopœia & Sermocinatione, Hypotypoſi, Gradatione, Correctione, Obteſtatione, Querelâ, Imprecatione, Aſyntheto, Polyſyntheto, Antitheto, Diſtributione &c. Quarum Figurarum notitiam, peritiamque prudenter eas adhibendi è profanâ Rhetoricâ nunc præſupponimus; pleraſque vero Hulſem. & Forſterus exemplis ſacris illuſtrarunt Orat. Hulſ. c. XI. p. 216. 354. ſqq. & Meyfartus in Deutſcher Redekunſt.

(2) *Logicè*, per ſolidam illationem. Nam in Tractatione artis eſt artem celare, & argumenta textualia formâ non Syllogiſticâ, ſed Oratoriâ & paraphraſticâ enarratione proferre. Sed in Applicatione non leviter moventur affectus Auditorum, quando in Uſu Elenchtico heterodoxi, in Epan. vitioſi, in Conſol. deſperabundi formali Syllogiſmo è textu petito conſtringuntur. Aliàs ſemper habent, quod reponant, niſi per apertam & ſolidam illationem omnis exceptio præſcindatur. Atque hæc ratio procedendi eò magis afficit, ſi iſta evidens illatio reliquis argumentis poſtponatur.

natur, & ex abrupto finiat. Saltem frequentius adhibenda non eſt, ne vim ſuam & gratiam exuat ac perdat.

(3.) *Comicè*, per hypotypoſin, adeoque pertinet ad modum primum. Uſurpatur autem non ſolùm in Epanorthoticâ vitii cujusdam repræſentatione; Ubi cavendum, ne nimis leves & ſcandaloſi mores aut geſtus aut ſermones pro ſuggeſtu proponantur, atque ſic riſus potius & offendiculum, quàm pius zelus in auditorum animis oboriatur. Sed vel maximè locum invenit in genere Conſolatorio, ſi ad vivum quaſi depingatur & ocularitet repræſentetur malum illud, cui ſolatium quærendum eſt. Sic enim hôc magis ſecum agi ſentient, qui iſtiusmodi malo premuntur: ſibique dictam putabunt & applicabunt eò confidentius ſubjunctam paracleſin.

(4.) *Theologicè*, vel per effuſas ad DEUM preces, præſertim per Apoſtrophen: vel per ſedulam impreſſionem alicujus dicti, vel exempli Biblici. Præprimis, ſi dictum aliquod valde momentoſum & Emphaticum loco Exordii tractetur, idque poſtea

per

per totam concionem, ſervatâ elocutione Exordiali, & in Uſibus præſertim inculcetur per Anaphoram, Epiſtrophen, Anadiploſin, Epizeuxin &c. vel etiam eodem finiatur.

*REALIS* in §. 3. oſtenditur ab Autore, quando præcipuis affectibus ciendis peculiaria argumenta tribuit, quibus & reliqua Probantia ſingulis generibus propria (quæ ſupra p. 53. ſqq. recitavimus) adjungi poterunt. Nam unumquodque Probans Didaſc. & Elencht. amorem veræ doctrinæ & odium falſæ; unumquodque Pæd. & Epan. amorem virtutis, & odium peccati; unumquodque Conſol. ſpem & fiduciam accendit & movet. Quæ omnia B. Dn. Gœbelius in ſingulis affectibus per argumenta realia movendis fuſè deduxit Methodol. p. 480. ſqq. & ante hunc B. Hulſeman. Orat. p. 193. ſqq.

*MORATA* denique Pathologia ab Autore noſtro neglecta, ab Hulſem. prolixè pertractatur p. 244. ſqq. Qui recte monet hoc artificium judicio, prudentiæ, & naturali inſtinctui præprimis committendum. Nimia enim affectatio tàm in pro-

nunciatione, quàm geſtibus indecora eſt & auditoribus ingrata, & vix ac ne vix quidem in Oratore profano toleranda: nedum ſacro, cujus & vox & geſtus ad modeſtiam & pietatem collimare debent. Unde circa *Geſtus* id cavendum eſt, ne leves ſint ac hiſtrionici, aut nimis violenti; ſed moderati, graves, atque decori. *Vox* autem ſit *a*) clara & ſonora. *b*) articulata ſ. diſtincta *c*) lenta, nec nimis propera, *d*) materiæ proferendæ congrua, & pro varietate dicendorum varia. Nam ſimplex informatio & explicatio tonum ſimplicem & æquabilem, qualis & ſtylus eſt, expoſcit. At, ubi affectus movendi; prout verbis acrioribus & gravioribus, ita etiam voce concitatiore & magis vehemente dicendum. In movendo affectu 'admirationis vox gravis & magnifica; in Aff. triſtitiæ ſubmiſſa & querula, in Aff. gaudii & ſpei ſuavis & læta, in Aff. odii, pudoris ac metus, terribilis ac ſevera, in obteſtatione lenta & placida requiritur. Confer. omnino Hulſem. l. c. & Gœbel, cap. 21. p. 648. ſqq.

# AD APHOR. X.
## *De Methodo, ac Diſpoſitione.*

METHODUS cujusvis concionis ſecundum leges artis habendæ vel Synthetica eſt vel Analytica; terminis h.l. non philoſophicè ſumtis, prout aliàs diſciplinæ philoſophicæ hâcMethodo diſtingui ſolent, ut Analytica Practicis, Synthetica Theoreticis conveniat; Sed Etymologicè, ut *Analytica* Methodus illa dicatur, quæ textum in partes ſuas vel argumenta ſua *reſolvit*, eademque ſecundum ſcopum ſcriptoris ſacri exponit. *Synthetica* verò, quæ è textu Thema *componit*, Locum Communem per juſtam conſequentiam inde fluentem eruit, & argumentis textualibus deducit ac probat.

Unde *Gnoriſma* utriusque Methodi *in propoſitione & partitione* patet. Hæ ſi proponant id, quod formaliter in textu habetur, & eodem ſcopo, qui à Scriptore S. intenditur, Methodus ſervatur Analytica. Contrà Synthetica, ſi Propoſitio & Partitio id pertractandum ſiſtat, quod conſequen-

ter in Textu latet, & exinde per conſequentiam demum tanquam concluſio ex præmiſſis educitur, ac plerumque ſcopum Scriptoris S. deſerit. Dico, plerumque: Nam poteſt quandoque Syntheſis genus & ſpeciem T. retinere, mutato ſaltem objecto; quando e. c. è dogmate formaliter in Textu contento dogma novum elicitur atque tractatur. Utplurimum tamen genus per Syntheſin mutatur; è Didaſcalico v. g. textu concio habetur Elenchtica vel Pæd. vel Paracletica. Sed Analytica & ſcopum & argumentum T. omnino retinet. Præterea poteſt *ex ipſâ Tractatione* dijudicari Methodus. Nam Analytica ſubſiſtit in evolutione cujuslibet particulæ Textus per argumenta ſua, & ex profeſſo textum reſolvit & explicat: Synthetica v. ſaltem eatenus Textum exponit, quatenus ad propoſitum Thema inde probandum conducit; & argumento textuali paucis expoſito digreditur ad Locum Comm. eundemque, ſi textualia non ſuffecerint, argumentis aliunde petitis ſufficienter deducit & probat.

E. g. Evang. è *Luc. VII. 11. ſqq.*

Analyſis proponit hiſtoriam de reſuſcitatione

juvenis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-607500-p0106-7

juvenis Nainitici per Chriſtum: 1.) Juvenem reſuſcitatum ſ. ſubjectum, 2.) Dominum reſuſcitantem ſ. Cauſam Eff. 3.) Actum reſuſcitationis.

*Syntheſis Didaſcalica* ab hypotheſi ad Theſin aſcendit & à ſpecie Didaſcalici generis Hiſtoricâ ſ. narrante ad Dogmaticam ſ. aſſerentem progreditur, proponens dogma de reſuſcitatione olim futurâ 1.) homines reſuſcitandos: Mortui & ſepulti. 2.) Dominum reſuſcitantem, Chriſtus Θεάνθρωπος, elatâ voce ſua, & brachio ad ſepulchra quaſi exerto. 3.) Actum reſuſcitationis. In vitam reſtituentur, ad laudem divini nominis.

*Elenchtica* proponit refutationem Sociniſmi, Calviniſmi, & Atheiſmi circa doctrinam de reſurrectione mortuorum. 1.) Sociniſtæ errant circa Subjectum reſuſcitandum, & idem numero corpus, quod mortuum & ſepultum eſt, reſurrecturum negant. 2.) Calviniſtæ circa Dominum reſuſcitantem, quandoquidem Chriſtum hominem habere vim & potentiam reſuſcitandi ſuæ humanitati propriam & perſonaliter communicatam, negant. 3.) Atheiſtæ circa actum, eundemque poſſibilem atque futurum negant.

*Pædevtica* Officium Chriſtianorum circa mortem propinquorum, quô fungantur 1.) honeſte ſepeliendo: p. exemplo matris & concivium v. 11. 12. p. ſpe reſurrectionis v. 14. 15. 16. 2.) Modeſte lugendo. p. mandato Chriſti. v. 13. qui viduam conſolaturus non omnem quidem luctum improbat, ſed exceſſivum. p. ſpe lætæ recuperationis v. 15. 16.

*Epanorthotica*, Dehortatio, vel Exprobratio eorum, qui circa mortem ſuorum male agunt 1.) In exceſſu, immodico luxu & luctu. 2.) In defectu, denegatione honeſtæ ſepulturæ, decentisque luctûs.

*Conſolatoria.* Duo argumenta Conſolatoria pro lugentibus 1.) communis mortalitatis cogitatio. Vidua, quæ nuper maritum, nunc filium luget, v. 11. 12. 2.) Hilaris reſuſcitationis expectatio, v. 13. ſeqq.

Aliud Exemplum *è 1. Petr. V, 7.*

Analyſis proponit Adhortationis ad fiducialem curarum rejectionem in Deum 1.) Summam 2.) Cauſam.

Syntheſis *Didaſc.* Dogma de providentiæ Dei ſpecialis 1.) Objecto, fideles. 2.) Formali actu, ipſe proſpicit & curat. 3.) Effectu, parit ſecuram tranquillitatem & fiduciam.

*Synth. Elench.* Refutatio Atheiſtarum, qui originem proſperitatis humanæ 1.) divinæ providentiæ denegant. Refut. Er ſorget 2.) humanæ providentiæ vendicant. Refut. Alle Sorg werffet von euch.

*Synth. Epan.* Dehortatio piorum, ne circa ea quæ mentem ſollicitant 1.) ſibi confidant 2.) DEO diffidant.

*Synth. Conſol.* Solatium adverſus curas anxias è providentiâ divinâ petendum. 1.) Objectum Afflictum ſ. curæ angentes 2.) Solatium, ſ. divina providentia.

Ex hiſce patebit, quomodo *Analytica* Meth. ſcopum & argumentum textûs retineat, & id quod formaliter in textu habetur, juxta intentionem Autoris exponat. *Synthetica* v. vel ſcopum, vel argumentum, vel utrumque mutat, & quod conſequenter è Textu demonſtrabile, pertractat. De utrâque Methodo B. Autor ulterius agit &

§. 2. do diſtinctionem hanc ut legitimam defendit. Nam ſi quis objiciat iſtam eſſe ineptam eò, quod in qualibet concione utraque Methodus adhibeatur. In Analytica quidem Syntheſis locum invenit in Uſibus, quando poriſmata tractantur. In Syntheticâ v. Analyſis occurrit; cum Argumenta textualia explicanda ſint prius, quàm ad probandum Locum Comm. applicentur, aut vis probandi monſtretur. Reſpondet Autor iſta omnia largiendo, hoc ſaltem addito, quod Syntheſis & Analyſis in qualibet concione habeantur, ſed non æqualiter. *Una ſemper prædominatur alteri.* In Analyticâ Syntheſis in Uſibus ſolummodo habetur; Analyſis autem per propoſitionem, partitionem ac totam tractatio-

nem regnat. At vero in Syntheticâ paucis præmittitur Analyſis in tractatione argumenti textualis; Sed Syntheſis per propoſitionem, partitionem, tractationem reliquam & applicationem dominatur. Unde quamvis detur in qualibet concione aliquid è Syntheſi & Analyſi ſemper admixtum; nondum tamen ſequetur unam eandemque in quâvis concione Methodum ſervari, mixtam ſc. è Syntheſi & Analyſi; ſed manet noſtra diſtinctio ſalva, reſpectu habito ad potiorem & prædominantem partem.

§. 3. tio duplicem hanc Methodum autoritate & praxi D. Chryſoſtomi, &

§. 4. to Lutheri ſtabilire conatur. Imò

§. 5. & 6. to Reliquos etiam diſponendi modos ab aliis præſcriptos ad alterutram Methodum reduci poſſe docet; quin & iſtam quoque Methodum, quam Prudentiæ vocant & Arbitrariam, qua certam diſpoſitionem inveniunt, eandemque ſingulis textibus per integrum anni decurſum accommodant. Nam iſtæ Inventiones vel ſunt Methodicæ, & ſic vel ad Analyſin ſpectant, vel ad Syntheſin; ad hanc autem frequen-

frequentiſſimè: Vel non-Methodicæ. Atque tunc autoribus ſuis relinquendæ ſunt, nec à ſtudioſo methodi homileticæ imitandæ, aut in exemplum trahendæ.

Corollarii loco paucis hîc agemus de diſpoſitionum varietate ex Additamentis noſtri Carpzovii רצן Hodegetico Parentis ſui ז״ל ſubjunctis p.65. ſqq.

Nimirum DISPOSITIO eſt nihil aliud quàm idonea partium concionis ordinatio, & materiæ vel formaliter vel conſequenter in Textu comprehenſæ commoda in iſtas partes diſtributio. Atque ſic in genere quævis diſpoſitio pro diverſitate materiæ quam tractat (quatenus ea vel formaliter in Textu eſt, vel conſequenter) & Methodi, à quâ dirigitur, vel *Analytica* eſt; vel *Synthetica*. Utraque reſpectu formæ ac modi proponendi vel *Naturalis*, vel *Artificialis* eſt.

Naturalis *Analytica* id quod formaliter in Textu habetur, aperte citra Schema, & ordine per Analyſin Logicam monſtrato pertractat. *Synthetica* Locum Comm. è textu demonſtrabilem nude proponit ſ.

ſine Schemate, & quidem iſto ordine, quem textus oſtendit.

Artificialis in utraque Methodo triplex,Schematica, Arbitraria, & Mixta; dum ſc. artificium iſtud quæritur vel in elocutione figuratâ, vel in ordinatione partium liberè mutatâ,vel in utrâque ſimul. *Schematica* materiam dicendam (formaliter in textu comprehenſam in Analyſi, vel poriſmaticè in Syntheſi) ſub quodam Schemate & ornatu Allegorico proponit. *Arbitraria* tractandam ſumit materiam dicendam non eo naturali ordine, quem Analyſis Log. monſtrat; ſed pro lubitu & libertate concionatoris, quæ tamen libertas non abſoluta eſt & illimitata planè, ſed judicio atque prudentiâ gubernanda, ne ſc. ſummis ima miſceat, quadrata rotundis, & ita textui vim inferat. Sic in Analyticâ Methodo diſpoſitio arbitraria eſt, quæ Thema primùm oblatum aliquantulum ſeponit, & aliud atque aliud è textu Thema ut principale ſeligit, ad quod reliqua omnia reducantur. *Mixta* denique materiam tractandam & ſub Schemate Allegori-

gori-

gorico, & mutato inſuper naturali ordine profert. Quæ quidem omnia ſatis commode atque faciliter addiſci poterunt, ſi modo exempla diſpoſitionum Carpzovianarum Hodegetico ſubnexarum cum cura perlegantur. Nihilo ſecius tamen & nos, ne prorſus ἀσύμβολοι ſimus h. l. Exemplum è *Luc. VII,11.* p. præc. 101. allatum huic doctrinæ paucis accommodabimus.

Naturalis *Analytica.* Narratio reſuſcitationis juvenis Nainitici: hujus 1.) Antecedentia, was davor hergegangen. mors & deductio ad ſepulchrum. 2.) Factum, wie es darbey zugegangen. Subjectum agens Chriſtus; medium agendi, vox & contactus; actus, vitæ redditio. 3.) Conſequens, wie es endlich abgegangen/ p. reſtitutio matri facta, p. Domini celebratio. Leviter variari poſſet h. m. Evangeliſta narrat de juvene Nainitico 1.) Ejus inſtitutam ſepelitionem. 2.) Sepeliendi reſuſcitationem. 3.) Reſuſcitationis celebrationem. Vel, ut inſimul reſpectus habeatur ad perſonas potiores. Wollen bey Chriſti Aufferweckung des Jünglings zu Nain zur Freude des Volcks auf dreyerley Leute Achtung geben. 1.) Auf den Jüngling und deſſen Begräbniß. 2.) Auf Chriſtum und ſeine Aufferweckung. 3.) Auf das Volck/ und deſſen Freude. Hinc

*Naturalis Synthetica Didaſc.* Dogma de reſuſcitatione piorum olim futura: Ejus 1.) anteceden-

dentia, mors & ſepultura. 2.) Conſtituentia, Chriſtus voce ſuâ & virtute vivifica reſuſcitabit. 3.) Conſequentia, Cognatorum læta conſociatio, ac DEI glorificatio.

*Nat. Synth. Pæd.* Adhortatio ad honeſtam ſuorum ſepulturam. Partitio naturalis in theſin & argumenta prob. 1.) Wie ſolche Leichbeſtattung geſchehen ſolle. 2.) Was darzu bewegen ſolle. Ad 1.) Subjectum, cognati; Objectum, funus; Actus & Modus, cum honeſto luctu terræ mandent. Ad 2.) Argumenta (*a.*) ab exemplo (*b.*) ab æquo, tùm reſpectu amoris, quem ipſis debemus, tum ſpei, quam de reſurrectione illorum habemus.

*Nat. Synth. Epan.* Verwarnung vor unmäßiger Betraurung der Verſtorbenen. 1.) Der Verwarnung Innhalt/ 2.) Urſachen. Ad 1.) Explicantia; Subjectum, Objectum, Actus. Ad 2.) Probantia; p. ab interdicto J. C. v. 13. p. ab iniquo, reſurgent.

*Nat. Synth. Conſol.* Solatium adverſus luctum. 1.) Luctum (Subjectum, forma, cauſa impellens.) 2.) Solatium (Chriſti compaſſio, mortui reſuſcitatio & læta conſociatio.)

Artificialis *Schematica Anal.* Den Leichnam des Nainit. Jünglings: (vel *Synthet.* Die Leiber der Frommen.) wie er (ſie) I. im Tode kläglich geſäet worden (werden) II. in der Aufferſtehung herrlich hervor gegrunet (grünen) III. Einen lieblichen Sommer mitgebracht (bringen) ſc. Freude den Ihrigen/ mit den ſie wieder zuſammen kommen: und Ehre dem HErrn/ der ſie erwecket hat.

Vel

Vel Exord. è Pſalm. XXX,12.13. Die an ſtatt des Sacks mit Freuden umgürtete und Chriſto Lob-ſingende Wittwe zu Nain. 1.) Ihren angezogenen Sack oder Trauer-Kleid. 2.) Den dafür angelegten Freudengurt. 3.) Den erfolgten Lobgeſang.

Vel Exord. è Tob. III, 23. Die nach dem Ungewitter von der Sonne lieblich beſchienene Wittwe zu Nain. 1.) Das vorhergehende Ungewitter. 2.) Die wieder ſcheinende Sonne. 3.) Die erfolgende Liebligkeit ſ. Heiterkeit.

*Artif. Arbitraria Anal.* Narratio de filio viduæ Nainiticæ, ejusque (1.) triſti ſepelitione (2.) lætá reſurrectione. Trauriger Leichenbeſtattung/ und frölicher Aufferweckung. Hæc

*Artif. Mixta* evadet, ſi allegorico veſtiatur ornatu è Pſal. 30,12. Die an ſtatt des Sacks mit Freuden umgürtete Wittwe. Partitio, ut antea, omiſsâ ſaltem & ad Partem ſecundam reductâ Parte tertia. Sic & è Tob. 3. Die Wittwe zu Nain/ der 1.) durch den Tod ihres Sohnes ein trübes Ungewitter zugeſtoſſen. 2) Durch deſſen Aufferweckung die Freuden-Sonne geſchienen. *Vel* aliud Schema ſumatur è Pſal. CXXVI,5. Die mit Thränen ſäende/ aber mit Freuden erndende Witwe zu Nain. 1.) Ihre Thränen-Saat. 2.) Ihre Freuden-Erndte.

Poſſent præterea plures artificiales ex hoc Textu formari, quoties ſc. novum Thema ut principale ſeligitur. v. g. Mors, auxilium Chriſti, Vidua &c. Unde

*Arbitraria Anal.* de morte juvenis Nainitici (vel *Synth.* piorum.) Ejus I. Subjectum, Nainiti-

niticus juvenis viduæ unicus filius. II. Statum, exanimis ad ſepulchrum effertur. III. Eventum ſ. conſequens, tùm proximum, cognatorum luctus; tùm remotum, reſurrectio &c.

*Vel* Partitio hæc ſit: 1.) à fronte & in principio triſtis & horrida. 2.) A tergo & in fine læta & amabilis. Ad 1.) tùm ipſi morienti, cui vitam (& quidem in ipſo ætatis & fortunæ flore non raro) eripit, ipſumque ſepulchro & putredini tradit: tùm amicis & cognatis, quibus lacrymas & luctum exprimit. Ad 2.) Sequitur n. reſurrectio, amicorum reſtitutio, Dei glorificatio.

*Vel:* tria mortis adjuncta: 1.) mortalibus communis, 2.) carnalibus triſtis & formidabilis, 3.) fidelibus ſuavis & amabilis. Ad 1.) Etiam in amœniſſimâ Nain virum & juvenem, maritum & filium rapuit. Ad 2.) Corpus animâ, conjuges conjuge, parentes liberis orbat. Hinc terror, hinc lacrymæ. Ad 3.) Spe lætæ reſurrectionis.

*Vel* Synth. Pæd. **Drey Urſachen ſo Chriſten zur Todes-Willigkeit bewegen ſollen.** I. Fati neceſſitas. II. Vitæ calamitas. III. Mortis felicitas.

*Vel* Synth. Epan. **Verwarnung vor Unwillen zu ſterben. Weil ſelbiger 1.) vergeblich; ſie müſſen doch dran/wie hier in den liebl. Nain der Jüngling und vor dem ſein Vater. 2.) Unverſtändig** ſ. **unbeſonnen. Man überlegt nicht den vielfältigen Jammer dieſes Lebens: dergleichen dieſe Wittwe bey Kranckheit und Abſterben der Ihrigen und ſonſt betroffen/und ihr die Thränen ausgepreßt. 3.) Unchriſtlich. Man erkennet und gläubet nicht den ſe-**

ligen Zuſtand der Fromen nach dem Tode/die ſanffte Ruh im Grabe/die frölige Aufferſtehung und Zuſammenkunfft der Auſſerwehlten zum Lobe Gottes.

*Vel* Thema ſit auxilium Jeſu, mortuo ejusque matri præſtitum. Wie Chriſtus bey Aufferweckung des Sohnes der Wittwe zu Nain. 1.) Des Sohnes Seele aus dem Tode. 2) Der Mutter Augen von Thränen geriſſen. Exord. Pſ. CXVI,8.

*Vel* Jeſus ut opitulator viduæ Nainit. (vel Synthetice, piorum in cruce) 1. benigniſſimus, 2. potentiſſimus, 3. laudatiſſimus.

*Vel:* Summam Chriſti, viduæ Nain. (vel Synth. piis in cruce) ſuccurrentis 1.) bonitatem & miſericordiam, v. 11-13. 2.) majeſtatem & omnipotentiam, quæ h. l. partim exercita v. 14. 15. partim deprædicata v. 16. 17.

*Vel*, Jeſum ut conſolatorem viduæ Nain. qualem ſe præſtat 1.) Corde v. 11-13. 2.) Ore v. 13. 14. 3.) Opere v. 14-17.

*Vel* Synthet. JEſum den Tröſter aller Traurigen (Eſ. 61,2.) inmaſſen Troſt giebt 1. Sein liebreiches (ſ. mitleidiges) Gemüthe/ 2. ſeine troſtreichen Reden. 3. Seine hülffreichen Thaten. Jam addito Schemate, fieret.

*Mixta* (Ex. Eſa. LV,1. vel Eſa. XII,3. vel Joh. VII,38.) Emblematicè, vorbilden Chriſtum in Lebens-Gröſſe auf einer fontaine ſtehend/adjectâ hâc Epigraphe:

Aus Jeſus Hertz/und Mund und Händ' und Füſſen
Muß für den Schmertz viel Freuden Waſſer flieſſen.

*Vel* Allegoricè; JEſum den Heil-Brunnen/der

Freuden-Waſſer flieſſen läſſet: Vel, die vom Leibe Jeſu flieſſende Ströme lebendigen Troſt-Waſſers vor die Wittwe zu Nain (vel Synthet. vor Troſt-begierige Fromme) I. aus ſeinen mitleidigen Hertzen/es jammert ihn derſelben. II. Aus ſeinen holdſeligen Munde/redet ihr zu/weine nicht. III. Aus ſeinen wohlthätigen Händ-und Füſſen/ tritt hinzu und rühret an ꝛc.

*Vel* ex eodem Themate Synth. Pædevt. Der Chriſten ſchuldiges Wohlverhalten gegen Jeſum ihren Nothhelffer: da ſie ſollen 1.) In der Noth zu ſeiner Hülffe Zuflucht nehmen. 2.) Nach der Noth von ſeiner Hülffe rühmen. Ad 1.) Subj. Obj. Actus, mit Klagen und Weinen/mit Bitten und Vertrauen. Argum. ab æquo & utili: Er iſt gütig und mitleidig/auch allmächtig und hülffreich. Ad 2.) Admirando, glorificando, divulgando. Argum. ab æquo & exemplo piæ plebis in T. Exord. Pſ. 59,17.

*Vel* Epanorth. Verwarnung vor übeln Verhalten gegen Göttliche Hülffe/da man 1.) bey währenden Creutz an ſeiner Hülffe verzweiffelt. 2.) Nach überſtandenen Creutz vor ſeine Hülffe nicht dancket.

*Vel*, ſi pro Themate ſumas è v. 16. Chriſtum ut magnum Prophetam, ejusque 1.) Applauſum ſive Anhang/ *v.* 11. 2.) Miraculum ſ. Wunderwerck/ 12-15. 3.) Encomium Ruhm/ *v.* 16. 17.

*Vel* (1.) Miraculum propheticum, 12-15. (2.) Propheticum applauſum, v. 11. & 16. 17.

*Vel* 1.) ore penetrantiſſimum, 2.) opere mirabiliſſimum, 3.) laude præclariſſimum. 1.) Seine geſchickte Reden/ ſ. gelehrte Zunge/ Eſ. 50,4. 2.)

Gött-

Göttliche Wunderthaten. 3.) Herrlichen Ruhm/ vel weitberühmten Nahmen.

*Vel* Thema conſtituatur vidua Nain. cujus narrantur (1.) Variæ calamitates, Ihr Nain war nichts weniger als ein Nain/ihr Mann und einiger Sohn war todt/ ihr Hertz voll Jammer / die Augen voll Thränen/ſo daß ihr Anblick gleich zu Mitleiden bewegte / v. 11. 12. 13. (2.) Variæ felicitates ſive conſolationes, Troſt bey GOtt und Menſchen: bey Menſchen/die ihr zu Troſte mit zu Grabe giengen v. 12. bey GOtt uud Chriſto / der kam zu ihr/ v. 11. hatte Mitleiden/ ſprach ihr Troſt zu/und halff würcklich ihren Kummer ab/ daß ſie nebſt allen Anweſenden ihm mit frohen Munde dancken konte/ v. 13-17.

Synthetice poſſet agi von frommer Wittwen 1.) vielen Leiden/2.) reicher Tröſtung Ex. 2. Cor. I,5. Vel von des Wittwenſtandes 1.) mancherley Creutz und Leiden/ 2.) mancherley Troſt und Freuden.

Schematicè ex Apoc. VII, 17. Nicht nur dort allererſt wird Gott abwiſchen/ ſondern offtermahls noch hier. Hinc: Frommer Wittwen Thränen/ wie ſie 1.) durch zeitliche Noth ausgepreſſet / 2.) durch himmliſchen Troſt abgewiſchet werden.

Pædevticè: Ermahnung zum Wohlverhalten gegen betrübte Wittwen. 1.) Worinnen es beſtehen 2.) was dazu bewegen ſolle. Ad 1.) In hertzlichen Mitleiden / tröſtlichem Zuſpruch / würcklicher Hülffe. Ad 2.) (*a*) ab æquo, ſunt enim perſonæ miſerabiles. (*b*) Ab exemplo Chriſti & piorum exequiatorum. (*c*) A glorioſo reſpectu ipſius Dei & piorum,

rum, hinc enim benefactores ſuos ac Deum iſtos excitantem celebrant.

*Vel:* Triplex officium charitatis, viduis (vel generatim, afflictis) præſtandum 1. Commiſerando 2. Conſolando 3. Opitulando.

*Vel*, præmiſſo Exordio de benignitate erga viduas proponantur è Textu tria argumenta ad iſtam invitantia. Weil es 1.) Billich/ 2.) Chriſtlich/ 3.) Rühmlich iſt.

Epanorthoticè: Verwarnung vor Wittwen-Bedrängniß. 1.) wie es beſchaffen/ 2.) warum es zu meyden. In Tractatione Argumenta præced. Diſp. ſaltem invertenda & à contrario deducenda ſunt.

Vel: drey Urſachen ſo Chriſten abhalten ſollen vor Bedrängniß der Wittwen. Weils 1.) Unbillich/ afflictis non eſt addenda afflictio, ſie haben ſonſt wohl ihre liebe Noth. 2.) Unchriſtlich/contra praxin Chriſti & piorum. 3.) Schädlich/ hæc pro auxilio Jeſum benefactorem celebrat: Contra preſſæ plorant, gemunt, plangunt, in exitium ſuorum oppreſſorum.

Plures Diſpoſitiones h. l. non adjicimus, cum è datis abunde diſpaleſcat, quàm innumeræ Variationes (præſertim ſi Leviores etiam vocentur in ſubſidium, & reliqui quatuor modi operoſarum l. c. §. 25. 26. à Venerando Præceptore noſtro monſtrati) ad eundem textum elaborari queant.

Quando-

Quandoquidem tot inveniri poſſunt Schemata, tot Themata ſeligi, ac ſingula iterum in Methodo Syntheticâ multis modis per quinque genera deduci. Sed antequam hinc abeamus, non poſſumus non notare Methodologiam jam aliquoties citatam, lectuque cætera non indignam, quam B. Abbas ad Methodum Carpzovianam aliàs conformare ſtuduit; hâc autem in doctrinâ penitus deflectit, & artificiales omnes ab Analyticâ Methodo ſecludit. Nam arbitrarias, quæ themata variant, & ſubinde novum è textu eligunt, ad Syntheſin refert, p. 236. §.22. c. X. conf. cap. 3. §. 13. Quemadmodum etiam iſtas, quæ Elocutionem Exordialem retinent (p. 249. §. 40.) præſertim Schematicas, quando Exordio è fonte Comparatorum deſumto, tertia comparandi in Tractatione deducuntur §. 25. 27. 35. 36. 37. Quid, quod & illas pro Syntheticis habet, quarum elocutio per terminos concretos, ſive per Adjectiva formatur, utut nihil aliud tractent, quam quod formaliter eſt in textu; ſaltem quia circumſtantias, prout in T. occurrunt, non proponunt; ſed adjuncta quædam & affectio-

ctiones, ut c. 3. §.13. ſcribit; Unde noſtris Auditoribus ſuaſerim, ut vel plane non, vel cum judicio legant, quæ Iſte de diſcrimine utriusque Methodi, præprimis c. X. & XI. tradidit. Aliàs facillime, qui harum rerum non ſatis gnari ſunt, confundi poterunt ac perturbari.

## AD APHOR XI.
### *De Stylo.*

Quæ pauciſſimis hic circa ſtylum Homilet. B. Carpzovius notavit; ea ſtudioſe ac eleganter deduxit Dn. Gœbelius integro cap. XIX. Methodologiæ ſuæ. Summatim, ſtylus eſto 1.) *proprius & purus*, ut abſtineatur à vocibus, non quidem Metaphoricis ac figuratis, ſed Catachreſticis, Exoticis (Gallicis, Latinis, Græcis &c.) vel etiam Germanicis antiquatis aut recens inventis, quæ ſtylo impuritatem & obſcuritatem conciliant. (2.) *Simplex, non affectatus*, ne nimis grandiloquus ſit atque ſublimis, captumque ſimpliciorum ſuperet; ſed popularis atque perſpicuus, & ad intellectum ac ædificationem infimæ plebis accommodatus. (3.) *Gravis, non hiſtrionicus*;

*onicus*; ne leves aut ineptæ formulæ, ridicula proverbia, ſcurrilia dicta proferantur, quæ gravitatem Concionatoris, Dei interpretem agentis impugnant, & auditoribus vel riſui ſunt vel offendiculo. (4.) *A Terminis Technicis purgatus*, ſi cum indoctis agatur. Sed in Academiis, aut erudito Auditorio vel ad minimum mixto tolerari poſſunt artis Termini; ita tamen, ut in gratiam plebejorum Germanice circumſcribantur & explicentur perſpicuâ periphraſi. (5.) *Periodis brevibus ſtipatus*. Ubi cavendum, ne vel in Exceſſu peccetur, ſi nimis breviter atque conciſe dicatur: Vel in Defectu, ſi ſtylus nimiâ periodorum prolixitate & interciſione plurium commatum luxuriet. Nam utrumque, nimiæ prolixitatis & brevitatis ſtudium, ſermonem ſacrum obſcurat, & attentionem Auditoris vel turbat vel fatigat. (6.) *Prudentiâ miſtus*, ut in docendo v. g. ſtylus ſit copioſus, facilis & planus; in refutando, adhortando, dehortando, exprobrando, comminando ſeverus & gravis; in commendando, obteſtando, conſolando placidus, ſuavis ac lenis. Undiquaque vero figu-

ris Rhet. decenter exornatus & comptus. Verbo: Biblica phraſis eſt omnium optima. Hanc ſi quis ſedulò, non affectate tamen, imitari & cum Scripturâ loqui diſcat; is certe & elegantem & penetrantem acquiret ſtylum, ac ultimum artis Homileticæ finem, Dei nempe gloriam & Auditorum ſalutem, quàm feliciſſime conſequetur.

# AD MEMBRI ALTERIUS

## APHOR. I.

## *De EXORDIO.*

PRima Concionis Pars eſt EXORDIUM, tùm *commune* illud ac generale, quod Introitus nuncupatur aut Præambulum (de quo §. ult. hujus Aph. p. 139.) tùm *peculiare*, quod poſt fuſas ad Deum preces & prælectionem Textûs ipſam concionem orditur, & pro fine habet præparationem auditorum ad ipſam Thematis tractationem. Ad hunc E. finem obtinendum duo ejusdem Requiſita ſunt: I. Convenientia & concinnitas cum themate tractando. II. amabilis & ſuccincta Brevitas.

Ad I.) Convenientia ut attendatur, oſtendit Autor §. 3 & 4. certos quosdam Exordiorum fontes. Horum præcipui ſunt ſequentes.

(1.) A Commendatione materiæ dicendæ, vel textûs explicandi, v. g. à dignitate, ſublimitate, difficultate, neceſſitate, utilitate Quæ inventio præprimis locum habet, ſi vel præ cæteris laude digna ſit, vel etiam laudis indiga videatur materia pertractanda, & nimium vulgaris, facilis, ac trita ſit. E. g. Si Textus dogma de SS. Trinitate contineat, Exordium h. m formetur: Ein hochherrliches Glaubens-Geheimniß iſt es/ daß der wahre GOtt einig im Weſen/ dreyeinig in Perſonen iſt. Quo per argumenta ſua deducto tranſitus fiat: Ihr ſehet/wie unbegreifflich hoch uñ wichtig/wie nöthig und ſelig ꝛc. die Erkäntniß dieſer geheimen Glaubens-Lehre ſey: So ermuntert demnach euere Andacht/ und erweget mit Fleiß / was hievon im Text ꝛc

*Vel* ſi Textus ſit Pæd. v. g. de amore proximi, de quo cum ſæpius pro concione dicatur, pene tædioſum eſt plura audire. Quare in Exordio excitandi ſunt Auditores, forte hunc in modum: Ob zwar von der Liebe des Nechſten ſo gar ſehr offte geprediget wird/und daher manchen wohl verdrießlich fallen dürffte/ ein mehrers davon in dieſer Stunde

zu hören. Nichts deſto weniger ſo iſt es eine ſo vortreffliche/ und hoch-nothwendige Tugend / daß ſie zwar offte/ doch niemahls zur genüge/ geſchweige denn zu viel gerühmet/ und Chriſtlichẽ Gemüthern eingeprediget werden kan. Nunc deducatur per unum vel alterum argum. Pæd. v. g. ab honeſto. Denn iſt ſie nicht eine recht Göttliche Tugend/ welche ſelbſt aus den Thaten des groſſen Gottes am allerherrlichſten ſtrahlet? Was Liebe gegen die Menſchen beweiſet er nicht in der Schöpffung und Erhaltung/ in der Erlöſung/ in der Heiligung/ ꝛc. Vel à neceſſario. Es iſt ja die Liebe ſo hoch nothwendig/ daß ohne ſie kein Chriſt ein Chriſte ſeyn/ und unſer Gottesdienſt und Chriſtenthumb gar nicht beſtehen kan ꝛc. Fiat tranſitio, weil denn die Liebe eine ſo vortreffliche/ ſo nöthige Tugend/ als dürffen wir uns nicht verdrieſſen laſſen/ was von derſelben in unſerm Text mit allem Fleiſſe abgehandelt iſt/ andächtig zu betrachten/ ꝛc.

(2.) A Vindicatione textûs, ſi ſc. ab Heterodoxis vel planè ſublatus eſt è S. Codice, ac pro Canonico non habitus, vel depravatus aut perverſe expoſitus. E. g. Textus *Eſa. IX, 2-7.* Gleich wie der Satan die wahre Erkäntniß JEſu Chriſti möglichſt zu hindern und auszurotten ſuchet: Alſo hat er inſonderheit itzt abgeleſenen T. und die darinne enthaltene herrliche Weiſſagung von der Perſon und Ampte J. C durch ſeine verfluchten Werckzeuge verdunckelt und verfälſchet. Refutatis Judæis & Judaizantibus fiat

tranſitus: Bleibet demnach unwiedertreiblich wahr/ daß dieſer Spruch von niemand anders als unſerm Heiland handelt/und weiſſaget von deſſen Geburt/ Nahmen/ Regierung ꝛc.

*Vel* Textus *1. Joh. V, 7.* Es haben ſich die Feinde der H. Dreyfaltigkeit vormahls erkühnet/unſern itzt vorgenommenen T. aus H. Göttlicher Schrifft auszumuſtern; welches ihnen auch dermaſſen gelungen/ daß in unzehlichen Exemplarien derſelbe nicht mehr zu finden geweſt. Doch ſtehet zu erweiſen, daß dieſer Spruch vor des Ertz-Ketzers Arii Zeiten im H. Bibelbuche geſtanden ꝛc. Tranſ. Wir L. C. behalten demnach dieſen güldenen Spruch/als ein von Gott ſelbſt eingegebenes/und von Johanne treulich auffgezeichnetes Zeugniß von der hochheil. Dreyeinigkeit ꝛc.

(3.) A Circumſtantiâ temporis, in Feſt- Ernd- Kirchmeß- Peſt- Kriegs- Buß- Danck- Jubel- Predigten; Loci & perſonarum in Gaſt- Prob- Anzugs- Abzugs- Predigten.

(4.) Adicto cognato & convenienti, quod materiam Themati affinem, aut præcognitu dignam ac neceſſariam tractat; v. c. argumentum aliquod explicans (cauſam aliquam aut effectum vel conſequens, aut affectionem & adjunctum) in T. non contentum, e. g. *à cauſâ* Text. Jac.

V, 16. Exord. Rom. VIII, 15. vel 26. Weil denn GOtt der H. Geiſt ſelbſt das Gebet in denen Gläubigen erwecket/ ihrer Schwachheit im Beten auffhilfft und auffs beſte vertritt: Daher iſt ihr Gebet ſo kräfftig und ſtarck ꝛc.

Vel *ab effectu*, T. Ebr. XI, 1. Exord. Rom. X, 10. Von dieſem gerecht- und ſelig-machenden Glauben handelt unſer T. und lehret/ womit er umgehe/ und worinnen er beſtehe ꝛc.

Vel *ab adjuncto*, T. Pſal. XXV, 1. Ex. Pſal. X, 17. Gleichwie nun David wohl gewuſt/ wie das Verlangen der Elenden bey Gott in Gnaden angeſehen werde. Als hat er ſelbſt auch nach ſeinen GOtt verlanget ꝛc. Vel T. Jer. XVII, 7. Ex. Eſ. L, 19. Wie aber GOtt das Vertrauen gegen ihm befohlen hat; alſo läſſet ers auch nicht verlohren ſeyn/ ſondern ſegnet und thut wohl ꝛc.

Sic in Textibus argumentoſis, ubi ſolùm argumenta, non autem Theſis habetur; hæc in Exord. præmittenda, tanquam Subjectum probandum, E. g. 2. Cor. VIII, 9. 10. argumenta ſunt ab exemplo C. & ab utili, Exordium theſin Pæd. è verſ. 14. vel aliunde ſuppleat.

Item in Genere Conſol. ſi ſolum Propoſitio aut argumenta Conſol. è textu poſſint erui, objectum vero afflictum deficiat; præmittatur illud Exordii loco, v. g. T. Pſ. CXVI, 7. partitio poſſet fieri in theſin & argumenta.

ta. Exord. è v. præc. 3. objectum ſiſtat afflictum.

(5.) A Theſi generali ad hypotheſin; ſive ab aſſerto quodam, vel mandato, vel promiſſo generali, cujus Exemplum in T. legitur.

*Ab aſſerto gen.* T. Rom. IV, 3. Ex. è v. 5. vel Rom. X, v. 4. Das ſehen wir an Abraham.

*Vel* Pſ. XXXII, 3-5. Ex. Prov. XXVIII, 13. Was Salomon bezeuget/ hat in der that David erfahren.

*A mandato*, Actor. VII, 60. Ex. Matth. V, 44. Dieſer Ermahnung des HErrn iſt nachgekommen ſein treuer Jünger Stephanus.

*Vel* Luc. XVII, 11-19. Ex. Pſalm. L, 14. 15. Was Gott befohlen/ das that der außſätzige Samariter ꝛc.

*A promiſſo*, 2. Reg. XX, 1-7. Ex. Pſal. XCI, 14-16. Was GOtt frommen Betern verheiſſen/ das hat er würcklich erfüllet an Hißkia.

*Vel* 2. Sam. XII, 13. Ex. Ez. XVIII, 21. Dieſer allgemeinen Gnaden-Verheiſſung GOttes hat inſonderheit der bußfertige David zu genieſſen gehabt.

(6.) A genere ad ſpeciem, Rom. V, 5. Ex. Deut. XXXIII, 3. Deus amorem ſuum erga humanum genus conteſtatus eſt p. in creatione & conſervatione, p. in redemtione, p. in ſanctificatione. De hâc in T.

*Vel* Pſ. XLV, 2. Ex. Ebr. I, 1. Deus locutus eſt Patribus in genere πολυτρόπως, vel immediate

vel mediate, per Angelos, viſiones, inſomnia, Urim & Tummim, filiam vocis, Spiritum S. De hâc ſpecie h. l.

(7.) A prædictione ad impletionem. Act. II, 1. ſeqq. Joël. II, 28. Dieſe Ausgieſſung des H. Geiſtes/ ſo damahls Gott verſprochen/ iſt vornehmlich erfüllet worden ꝛc.

*Vel* Matth. XXVII, 34. Ex. Pſ. LXIX, 23. Und dieſen bittern Gallen-Tranck/ worüber David unter der Perſon des Meßiæ vormahls geklaget / hat er/ unſer HErr J. bey ſeinem Leiden würcklich ſchmecken müſſen.

(8.) Ab Hypotheſi ad Theſin, ſ. ab Exemplo, 1. Cor. VI, 18. Ex. Gen. XXXIX. Dergleichen Keuſchheit und Fliehung der Hurerey als Joſeph erwieſen/ erfordert S. Paulus im T. von allen Gläubigen/ ꝛc.

*Vel* Matth. V, 44. Ex. Luc. XXIII, 34. Wie aber Jeſus ſelbſt ſeine Feinde geliebet / und für ſie gebeten: So hat er allen Kindern Gottes eben dergleichen zu thun in unſern T. befohlen.

(9.) A Loco parallelo. Eſt autem Parallelismus *vel quoad verba tantum*, ſi eadem phraſis alio ſenſu & ſcopo in duobus dictis occurrat, v. g. ſilere, quando DEO tribuitur reſpectu piorum, idem eſt ac exauditionem differre, non exaudire. At vero reſpectu impiorum idem eſt ac pœnam differre, non punire. Unde T. Pſ. XXVIII, 1. Ex. Pſ. XXXV, 22. coll. v.

præc.

præc. In dicto Exordiali bittet David / Gott wolle zu der Boßheit ſeiner Feinde nicht ſchweigen/ und ihnen länger mit der Straffe nachſehen/ſondern ihnen Einhalt thun und Rache üben. Amplif. Denn ſo ſchweiget der langmüthige Gott ie zu weilen/ und überſiehet den Frevel der Gottloſen auf eine Zeit Pſ. L, 3. 21. Eſ. XLII, 14. Tranſ. Gleichwie aber Gott der HErr manchmahl ſchweiget / was die Gottloſen anbelanget/ indem er ſeine Straffe verzögert: Alſo ſchweiget er auch öffters/wiewohl auf andere Weiſe/was die Frommen anbetrifft/indem er ſeine Erhörung und Hülffe verzögert. Dahin ſiehet David im Text.

Vel Parallelismns occurrit *quoad rem & materiam tantùm.* T. 1. Petr, V, 7. Ex. Pſalm. LV, 23. Wie David gerahten das Anliegen auf dem HErrn zu legen / und darbey auf Göttl Vorſorge vertröſtet: Eben dergleichen Rath und Vertröſtung haben wir im T.

Vel *quoad rem & verba ſimul.* T. Gal. IV, 6. Ex. Rom. VIII, 15. Cautius hic procedendum, ne explicando materia præripiatur Textui, forte hunc in modum: Daß die Gläubigen aus Antrieb des H. Geiſtes ihr Abba lieber Vater zu Gott ruffen/ bezeuget der Spruch Pauli ꝛc. Nunc paraphraſticè paucis deſcribatur: Giebt damit zu erkennen/ wie Chriſten Gott den HErrn als ihren gütigen und lieben Vater erkennen/ und daher in guter Zuverſicht/ und aus recht kindlichen Hertzen zu ihm ruffen und beten. Jam deſcendatur ad aliquod

amplificans v. g. ab effectu. Und muß warhafftig diß Abba ſchreyen bey GOtt ſehr groſſe Krafft und Nachdruck haben/ Vel ab adjuncto: ſehr lieb und angenehme ſeyn/ daß er nichts lieber höret. Wenn auch die Engel-Zungen ihn preiſen ꝛc. Tranſ. Und eben dieſes kräfftige vel Gott-beliebte Abba hält er auch den Galatern im Texte für.

(10.) A Comparatis & in ſpecie *à pari Exemplo.* 1.Cor.IV, 10.ſq. Ex. Ebr. XI. v.36. Gleichwie nun die Gläubigen der Iſrael. Kirche allerhand Schmach/ Elend und Ungemach erdulden müſſen; Alſo ſind auch die Gläubigen der Chriſtl. Kirche damit nicht verſchonet/ beſonders die Apoſtel ꝛc.

Vel *à ſimili.* Eph. II, 4-6. Ex. Matt. XXVII. v.52. Wie aber GOtt der HErr bey dem Tode des HErrn JEſu ſo vielen ihre Gräber aufgethan/ bey ſeiner Aufferſtehung auch ſie vom leibl. Tode auferwecket/ und bey ſeiner Himmelfahrt ſamt ihm ins himmliſche Weſen verſetzet: Alſo hat er auch viele vom geiſtlichen Tode ꝛc.

Vel *à typo* Matth. 26, 15. Ex. Gen. XXXVII, 27. Gleichwie der unſchuldige Joſeph von ſeinen nechſten Freunden zu ſo vielen Elend iſt verrathen/ und um ein ſchnödes Geld verkauffet worden: So hat er unſern HErrn JEſum hierinnen vorgebildet/ der ebenmäßig ꝛc.

(11.) Ab oppoſitis ac diſparatis, Pſalm. LXXXIV, 13. Ex. Jer. XVII, 5. Wie der unſelig und verflucht iſt/ der ſich auſſer Gott auf Men-

ſchen verläßt: So iſt hergegen der geſegnet und ſelig/ der ſich auf Gott verläßt.

*Vel* Ebr. VII, 26. Exord. Rom, III, 23. Ob denn wohl die Menſchen/ ſo nach den ordentlichen Lauff der Natur gebohren werden/ allzumahl Sünder ſeyn ohn Unterſchied: Jedennoch ſo hat es gar eine andre Bewandniß mit dem einigen Menſchen in Gnaden J. C.

(12.) A cohærentiâ textus cum præcedd. aut ſubſqq.; præprimis, ſi Textus difficilior, ejusque ſenſus & ſcopus è συναφείᾳ & contextu petendus ſit. Matth. XX, 1. ſeqq. Ex. è cap. præc. XIX, 27. ſqq. Scopus Chriſti eſt oſtendere, diſcipulis paratam quidem eſſe mercedem, at non ex debito aut merito operum, ſed pro libertate divinâ diſpenſandam, adeoque ex liberrimâ & merâ Dei gratiâ. Und eben das hat er im T. unter der Parabel und Gleichniß-Rede vorgeſtellt/ von Ablohnung der Arbeiter im Weinberg.

(13.) A ſummariâ repetitione concionis proximè præced. Quæ ratio exordiendi ſaltem ab ordinariis verbi Miniſtris adhiberi poteſt, præſertim quando integrum ſcriptum Biblicum ordine exponendum habent. Quanquam iſta rectius & uſitatius in Præloquio repeti poſſint.

(14.) A paraphraſticâ textûs e-

narratione, quæ tamen in ſola Methodo Synthet. locum invenit.

Atque hi ſunt præcipui fontes, è quibus ſi hauriantur Exordia, obtinebitur primum requiſitum, convenientia ſc. cum themate tractando. Id adhùc h. l. notamus, quod materia Exordii debeat eſſe Biblica, indeque dictum Exordiale ordinariè è ſcripto Canonico, rariſſimè ex Apocrypho, nunquam è Profano deſumendum ſit. Loquatur enim, qui de ſuggeſtu ſacro loquitur, ὡς λόγια θεȣ̃ 1. Petr. 4, 11.

Inventionem vero Exordiorum pro quovis textu ſeorſim quod concernit, ſi quæratur, ubi & quomodo invenienda illa ſint? reſpondeo, eandem eſſe rationem hujusmodi dictorum Exordialium, ac reliquorum argumentorum Amplificantium, Illuſtrantium & Probantium, de quorum collectione diximus p. 66. ſqq.

Ad II.) Brevitas etiam Exordii §. 5. & 6. requiritur, ne pro attentione, per Exordium intentâ, tædium creetur, ac pro fame faſtidium. Unde ſtudendum, ut Exordium præter propter quinta, aut ad ſum-

mum quarta pars concionis evadat; & ſi quatuor vel quinque paginis comprehendatur tota concio, Exordium unicam paginam nondum abſolvat, nedum excedat. Hæc E. brevitas ut obtineatur, debent Exordia ſaltem tribus, quatuor, aut ad ſummum quinque periodis conſtare. Eſt autem ſermo de periodis non Grammaticis, ſed Rhetoricis, quas, ut rectè percipiantur, ordine monſtrabimus.

I. ma Periodus eſt *Propoſitio* Exordialis, quâ dictum Exordiale citatur, ejusque contenta, quæ & quatenus ad rem præſentem faciunt, aperte ſignificantur. Idque triplici ratione ſolet fieri. Vel enim $\alpha$) ex abrupto dictum profertur, ejusque enarratio & allegatio ſubjungitur: Vel $\beta$) primo locus dicti citatur, deinde paraphraſticè explicatur, verbisque ſuis recitatur: Vel $\gamma$) Paraphraſis præmittitur, ac dictum cum loco ſuo ſequitur. Aliqui $\delta$) præmittunt quandoque propoſitioni exordiali acceſſum aliquem. Id quod non abſolutè improbandum; cavendum tamen eſt, ne acceſſus iſte prolixior ſit, atque ſic Auditorium confundat, dubiumque reddat aut

plane neſcium, quid pro Exordiali dicto habendum ſit. Unde hujusmodi Acceſſus unico ſemicommate conſtare debet; unâ protaſi paucis ſignificatâ, cujus Apodoſis ſit ipſum Exordiale dictum. Quandoque non ineleganter ε) Præloquium cum Exordio propoſitione iſtâ Exordiali connecti poterit.

II. da Periodus eſt *Explicatio*, quæ ſenſum dicti, præſertim ſi difficilior ſit, breviter exponit. Inde non rarò incipit à ſcopo & contextu, ut paucis prænotetur, quis ſcopus dicentis, quid in præcedd. tractaverit, quid anſam & occaſionem Exordiali dicto dederit. Poſtmodum per argumenta Explic. ſua deducit, hâc tamen cum cautelâ, ut ſi verba eadem in Textu & Exordio ſimùl occurrant, ea in Ex. per evolutionem nominis, ac definitionem non excutiantur, ſed hæc explicatio ut potiſſima tractationi T. reſervetur. In Exord. vero id ipſum uno vel altero dicto illuſtraſſe aut amplificaſſe ſufficiat. Hinc quando Exordium à Loco parallelo deſumitur, & quidem quoad rem & verba ſimul; brevi paraphraſi Exordialis dicti præmiſſâ ſtatim diſcedendum

dendum eſt ad aliquod Amplificans, ne ſc. explicatio verborum aut deductio rei per Explicantia ſua, Tractationi T. præripiatur, ut p. præc. 125. dictum. Si vero parallelus ſit quoad rem, non quoad verba; tunc omnino phraſeologia dicti Ex. evolvenda ac deducenda eſt; præprimis, quando ea in proponendo & partiendo ſervatur, atque ſic Elocutionem toti T. diſpoſitioni largitur.

III. tia Periodus eſt *Amplificatio*, præſenti themati atque materiæ è T. dicendæ convenientiſſima, v. g. per diſtributionem in partes aut ſpecies, excuſſionem quarundam cauſarum, effectorum, adjunctorum, attributorum.

IV. ta Periodus eſt *Tranſitio* ad Thema Textuale, quæ quomodo formanda ſit, ex ipſis fontibus & horum exemplis à nobis antea monſtratis conſtabit. Saltem id h. l. annotandum eſt, in Methodo Syntheticâ requiri tranſitionem duplicem. Unam à dicto Exordiali ad Textum, ejusque paraphraſin; alteram ab hâc ad Locum Comm. è T. proponendum. Vel etiam inverſo ordine; primam ad Locum C.

alteram ad T. & hujus enarrationem, è quâ Locus C. nunc pertractandus profluit.

V. ta denique Periodus eſt Paraphraſtica *Enarratio* Textûs vel Thematis tractandi, quæ ideò præmittenda eſt, ut Auditoribus appareat, quàm bene congruat thema proponendum non ſolum dicto Exordiali, ſed & Textui ipſi, atque ſic ſenſim ac pedetentim deveniatur ad propoſitionem, neque hæc tam velox ſit auribus, quam fulgur oculis, & citius tranſeat, quàm Auditor eam attendat aut expectet. Iſti vero paraphraſi nonnunquam annectitur ἀξίωσις ſ. commendatio materiæ tractandæ, per argumentum aliquod Pædevticum.

Hæ ſunt Periodi, quarum mentionem fecerunt Hulſem. & Carpzov. Et prima quidem, quarta & quinta neceſſario requiruntur, nec unquam deficere poſſunt. Sed circa ſecundam & tertiam integrum eſt Concionatori, an utramque harum, an alterutram ſaltem uſurpare velit; i. e. dictum Exord. vel explicare ſolum, & per argumenta ſua deducere, vel omiſſâ hâc deductione ad aliquod Amplificans ſtatim delabi,

delabi, vel utrumque conjungere, atque ſimul explicare & amplificare.

Illuſtremus Exemplo Evang. Dom. 17. p. Trin. *Luc. XIV, 1-11.* Propoſ. & Partit. Text. Wie Chriſtus den Sabbath im Hauſe des Phariſeers gehalten und wohlzugebracht. 1.) Mit einer zuläßigen Ergötzung. 2.) Mit einem hülffreichen Liebeswerck. 3.) Mit einem erbaulichen Geſpräch. Exord. è fonte contrariorum *Joh. IX, 16.*

*Prima Periodus* Propoſ. Ex. (*a*) Der Menſch iſt nicht ꝛc. Das war die Schmach- und Läſter-Rede/ womit die Juden den HErrn JEſum verunehreten/ und ihn vor einen gottloſen Sabbath-Schänder ſchalten Joh. IX. Vel (*b*) Wenn S. Johannes im 9. Cap. ſeines Evangelii das am Sabbath von Chriſto an einem Blindgebohrnen verrichtete groſſe Liebes und Wunder-Werck erzehlet/ ſo ſetzet er mit hinzu/ wie übel ſolches die Juden aufgenommen/ und als eine ſchwere Sabbats Entheiligung geläſtert/ ſagend: Der Menſch iſt/ &c. Vel (*c*) Unter andern Schmähungen und ſchimpflichen Nachreden/ womit den HErrn JEſum ſeine Feinde gekräncket/ iſt nicht der geringſten eine die jenige/ da ſie ihn als einen Gottes-vergeſſenen Sabbats-Schänder geſchmähet und geſprochen: Der Menſch/ Joh. 9. Vel (*d*) Acceſſus præmittitur à ſimili: Gleichwie die Spinnen und Schmeiß-Fliegen auch die reinſten Blumen/ und weiſſeſten Lilien beſudeln und beſchmeiſſen/ und der Unſchuldigſte von böſen Läſter-Mäulern nicht verſchonet wird: Alſo konte auch die Unſchuld unſers JESU nicht unbe-

unbeläſtert und unbelogen bleiben; Und/ da niemand mehr denn er den Sabbath heiligte/ ſo muſt er dennoch leiden/ daß man ihn vor einen Sabbats-Schänder ſchalt; Der Menſch/ &c. ſprachen die Juden/ Joh. 9. Vel dicto quodam: Ob wohl den HErrn JEſum bey ſeinem unſträfflichen Wandel niemand mit Wahrheit einiger Sünde zeihen kunte/ Joh. 8. So funden ſich doch wohl böſe Leute/ welche ihn allerhand grober Verbrechen und beſonders auch der Sabbats Entheiligung/ wiewohl ohne ſeine Verſchuldung beſchuldigen durfften. Dieſer Menſch Vel (e) ſi præloquium à mand. generali ad Hypotheſin è Deut. V, 12. præceſſerit; Prima Exordii periodus hæc ſit: So denn die Heiligung des Sabbats im Geſetz GOttes ſo ſcharff und ſtrenge geboten: Den Sabb. ſoltu halten/ daß du ihn heiligeſt/ als wir è Deut. V. gehöret: So wäre wahrhafftig das eine harte Beſchuldigung/ womit dort unſern JEſum ſeine Feinde beſchwerten/ ſagende &c.

*Secunda Per.* eſt Explicatio, in quâ præmitti poteſt occaſio, nempe cœci ſanatio in Sabbato. Es hatte der HErr J. einen Blinden ſehend gemacht ꝛc. Daher nohmen dieſe Böſewichter Gelegenheit JEſum zu läſtern/ und was er wohl gemacht/ auffs übelſte zu deuten. Poſtmodum diſtincte explicanda 1.) Subjectum, Dieſer Menſch. 2.) Prædicatum, iſt nicht von Gott. 3.) Prædicati ratio, weil er den Sabbath nicht hält. Vel pro Prædicatô ſumatur Sabbati violatio, hujusque Poriſma ſit, E. ex DEO non eſt.

*Tertia Per.* eſſet Amplificatio criminationis

iſtius v. g. *à cauſa.* Gewißlich hat der Teufel ſelbſt/der Vater aller Läſterung und Lügen/ ihnen dieſe grauſame Läſterung und Lügen ins Hertz und in den Mund gelegt rc. Vel *ab effectu*, ô wie ſchwer wird ihnen dieſe wieder Jeſum ausgeſtoſſene Läſterung vor ſeinem Richterſtuhl zu verantworten worden ſeyn/da ſie bey ihrem Tode rc. Wie werden die verfluchte Läſter-Zungen/die damahls von der Höllen entzündet/ ſo ſchröckliche Schmähungen wieder den Sohn Gottes ausgeſtoſſen/ dafür Pein und Marter leiden müſſen in den hölliſchen Flammen! Vel *ab adjuncto* quodam, v. g. gravitate ratione conſequentis, iniquitate vel falſitate reſpectu objecti perſ. turpi ignorantiâ ratione originis. Das war in warheit a) eine grobe und harte/ vel b) eine verlogene und unverſchuldete/vel c)eine unverſtändige Beſchuldigung. Ad a) Denn ſo war die Entheiligung des Sabbats ein ſchweres und ſtrafwürdiges Verbrechen/ das bey den Juden Leib und Lebens-Straffe nach ſich zog/&c. Ad b) Hatte er doch weder dazumahl durch dieſe Wunder Cur/noch ſonſten iemahl das götti. Gebot vom Sabbath übertreten &c. Ad c) Sie gaben ſchändlich ihren Unverſtand und grobe Unwiſſenheit bloß. Denn geſetzt/ Chriſtus hätte den Sabbath nicht eben ſo ſtrenge gehalten/ als ſonſt ein ander Menſche ſoll; ſo hätten ſie doch daher nicht ſchlieſſen ſollen/ er ſey nicht von GOtt: Sondern das hetten die groben Ignoranten wiſſen ſollen/ daß er der wahre Sohn Gottes/ und alſo ſelbſt ein Herr des Geſetzes/ein Herr auch über den Sabbath/ Matth. 12, 8. Und er/auch nach ſeiner

Menſch-

Menſchheit/ für ſich nicht ſchuldig ſey das Geſetz zu halten: Daß ers aber hielt/ das that er für andere/ weil er ſich gutwillig um der Menſchen willen unter das Geſetz gethan/ Gal. 4.

*Quarta Per.* Tranſitionem dabit. Ob denn wohl der Herr Jeſus als ein Sabbats-Schänder damahls verläſtert worden; So hat er doch iederzeit bey ſeinem Wandel im Fleiſch das Gegentheil in der That erwieſen/ und in allen ſeinen Vorhaben/ Reden und Wercken/ ſo er am Sabbath getrieben/ nichts wieder die Heiligung dieſes Tages vorgenommen. E.L. kans in fürhabenden Evang. ſehen

*Quinta Per.* erit Paraphraſis, wie wohl und löblich er den Sabbath zugebracht. Indem er zwar zu ſeiner ziemlichen und zuläßigen Ergetzung ſich bey dem Gaſtmahl des Phariſeers eingeſtellt / verſ. 1. Doch dabey nicht unterlaſſen Wercke der Barmhertzigkeit und Liebe an einen Waſſerſüchtigen &c. v. 2. 3. 4. Auch hierbey allerhand erbauliche Reden geführet/ ſo wohl da er diß nöthige Liebes-Werck entſchuldiget/ v. 5. 6. als auch nach dieſem die Gäſte zur Demuth angemahnet hat/ v. 7-11. Annecti poſſet *Commendatio.* Damit demnach auch wir an den Exempel des HErrn JEſu lernen mögen den Sabbath wohl zu halten &c.

Secunda Periodus potuiſſet omitti; dummodo contenta vel etiam occaſio hujus calumniæ unicâ periodo Gramm. fuiſſent ſignificata, jam licuiſſet progredi ad Per. tertiam. Sic & integrum foret Per. tertiam negligere & Explicationi immediatè Tranſitionem adjungere.

Deni-

Denique §.7. circa *Fixum Exordium* ſuadet B. Autor generalem & conſuetam retinere formulam, aut paucis eandem ita mutare, ut Thema deinceps tractandum deſignetur. Alia vero ratio eſt concionum extraordinariarum, feſtivalium, funebrium, pœnitentialium, euchariſticarum &c. quæ peculiarem requirunt Introitum. Hic autem non inſtar Exordii mutabilis amplificandus aut explicandus eſt multis; ſed ſtatim ad ſcopum præſentem applicari debet, ne biceps ac monſtroſa fiat concio. Id etiam cavendum eſt, ne ex eodem fonte utrumque Exordium, fixum & mutabile (aut forte etiam Acceſſus ad Tractationem) deſumatur.

## AD APHOR II.
## *De PROPOSITIONE.*

Secunda Concionis pars eſt PROPOSITIO, cujus & materia & forma probe notanda, quid ſc. & quomodo pro concione proponendum ſit. Nimirum in Anal. methodo formatur propoſitio è ſpecie & objecto Textus; in Synth. è ſpecie & objecto non Textûs ſed Thematis tractandi.

*Spe-*

*Species* vel per Subſtantivum effertur, vel per Verbum, vel per Participium. *Objectum* ſi fuerit integra propoſitio, redigatur in terminum complexum, ponendo prædicatum in Abſtracto, & Subjectum in Genitivo caſu, v. g. Rom. XIII, 1. ſq. Subditi ſint obſequioſi erga Magiſtratum: Prædicato, quod eſt obſequium erga Mag. adjiciatur ſubjectum in Gen. fiet objectum: obſequium ſubditorum erga Mag. Jam addita ſpecie, quæ eſt adhortatio; emerget hæc propoſitio Analytica: Vermahnung zum Gehorſam der Unterthanen gegen die Obrigkeit/ vel: wie Paulus vermahnet zum ꝛc. Vel: Den zum Gehorſam der Unterthanen gegen die Obrigkeit vermahnenden Paulum. Vel Die zum Gehorſam gegen die Obrigkeit vermahnten Unterthanen. Synthetica ſubſtituet ſpeciem iſtius generis, in quo (vel argumentum de quo) habenda eſt concio, v. g. Didaſc. Lehre vom Stande der Obrigkeit. Elench. Wiederlegung der Anabapt. von unterthäniger Pflicht gegen die Oberkeit. Epan. Verwarnung vor Ungehorſam gegen die Oberherrn. Conſol. Troſt frommer Oberkeit wieder der Unterthanen Wiederſpenſtigkeit/ vel Troſt frommer Unterthanen wieder die Tyranney ihrer Oberkeit. Pæd. Vermahnung der Obrigkeit zur treuen Verwaltung ihres Amts.

Sic ordinariè conflanda eſt Propoſitio è ſpecie & objecto. Quandoque tamen

vel à ſolâ ſpecie, vel à ſolo objecto deſumi; vel etiam partitione comprehendi ac plane reticeri poteſt ac debet.

Dixi (I.) propoſitionem *abſolvi quandoque ſolâ ſpecie*, ſi ſc. hæc circa diſtincta objecta, diſtinctis quoque partibus tractanda, verſetur. Niſi malimus iſta ſub conceptu quodam communi ac objecto generaliore comprehendere, atque ſic in proponendo addere, v.g. *Luc. 24. 26.* Chriſti Lehre 1.) von ſeinen nothwendigen Leiden 2.) von der erfolgenden Freude. Poſſet vel objectum perſonale in propoſ. adjici: Lehre von des HErrn Chriſti &c. Vel conceptus aliquis generalior ſubſtitui: Lehre von Chriſti Leid- und Freuden-Wechſel. *Vel Matt. 9, 18-26.* Erzehlung 1.) von der Geſundmachung des blutflüßigen Weibes. 2.) Von der Aufferweckung des verſtorbenen Kindes. Vel: Bericht von Chriſto wie er &c. Vel: Beſchreibung eines doppelten Wunderwercks Chriſti. *Vel 1. Petr. V, 6. 7.* Vermahnung Petri 1.) zur Demuth/ 2.) zur Gottgelaſſenheit. Vel: Ermahnung zu zwey Chriſtlichen Tugenden: vel: zu einem doppelten Wohlverhalten der Chriſten gegen Gott/ da ſie 1.) vor ihm ſich demüthigen/ 2.) auf ihn die Sorge werffen ſollen.

Dixi (II.) propoſitionem *ab objecto ſolo* quandoque *petendam eſſe*; ſi ſc. circa idem objectum diſtinctæ ſpecies in partitione

pro-

proponantur. Hæ vero ſi ad idem genus ſpectent, poteſt id loco ſpeciei in propoſitione Objecto adjungi; v.g. *Matth. 23, 27. ſq.* Von der Phariſeer Heucheley/ die 1.)ihnen vorgehalten l.verwieſen/ 2.)an ihnen verfluchet wird. Vel Chriſti Straff-Predigt wieder der &c. Sic *Luc. 21, 25-36.* Chriſtus handelt l. prediget vom Jüngſten Tage: da er 1.)die ſchreckl.Ankunfft deſſelbẽ verkündiget. 2.)Die würdige Erwartung deſſelbẽ erfodert.

Dixi (III.) Propoſitionem quandoque contineri ſub partitione adeoque *explicitè non poni*, ne idem bis dicatur cum Auditorum tædio. Idque contingit, quando textus in diſtinctas ſpecies circa diſtincta etiam objecta, diſpeſcitur. *Matth. 26, 40. 41,* Spectabimus (1.) Somnolentiæ exprobrationem (2.) Vigilantiæ demandationem. Poſſet tamen h. l. vel ſubjectum vel objectum, vel utrumque ſimul, vel etiam terminus quidam generalis proponi: Wie Chriſtus ſeinen Jüngern &c. Vel Die den Jüngern Chriſti 1.) verwieſene &c. Vel C. Rede an ſeine Jünger/ dabey er &c. Sic *1. Petr. V, 6-11.* proponatur 1.) Adhortatio ad varias virtutes Chriſtianas 2.) Conſolatio adverſus tentationes Diabolicas. Vel: locum propoſitionis obtineat Subjectum aut Objectum aut ſpecies complexa, h. m. Petrina 1.) Adhortatio &c. vel, fideles prout Petrus eos 1.) adhortatur &c. Vel Petri Troſt- und Ermahnungs-Rede an die &c.

Notent hîc Lectores Methodologiæ Gœbel. eandem nobis h. l. non contradicere, quando ſæpius inculcat propoſitionem nunquam omittendam eſſe p. 108. ſqq. Nam quod ei propoſitio compoſita ac digeſta, id nobis partitio dicitur. Unde res eodem recidit, ſive dicamus propoſitionem quandoque omittendam & partitionem nunquam; ſive Gœbelius dicat propoſitionem quandoque digeſtam & multiplicem faciendam, atque tunc partitionem omittendam eſſe.

Porrò §. 3. traditur, qualis eſſe debeat Propoſitio; *Brevis* nempe & quantum fieri poteſt, verbis ſuccinctis atque concinnis efferenda, ut nihil in eâ ſuperflue redundet. *Determinata* quoque ac perſpicua ne ſtudioſe occultetur, ſed aperte definiatur materia tractanda. *Nuda* etiam absque omnibus involucris, ut Aphoriſmi verba habent. Quo ipſo propoſitiones Allegoricæ & Emblematicæ in totum reſpui videntur; quemadmodum & fontem Exordiorum à typo & ſimili Aph. præc. omiſit, & Aph. X. §. 6. p. 19. & 20. Diſpoſitiones Schemat. tantopere diſſuadet. Ve-

rùm, quamvis demus in elaborandis diſpoſitionibus Schematicis non parum peccari; penitus tamen damnandæ non ſunt. Sed ſi Exordium fuerit Typicum aut Parabolicum aut Allegoricum, poteſt Schema illud retineri per totum concionis curſum; atque ſic propoſitio & partitio non debet eſſe nuda, ſed omninò etiam ornatu iſto Allegorico veſtita. Contra, ſi Schema illud, applicatione ad T. factâ, deſerere libeat, tunc propoſitio ſit plana & nuda ſine involucris Alleg. E. g. *Luc. VII, 11. ſqq. Exord. Joh. XI, 11.* Liberum erit Concionatori, utrum velit Schema in Tractatione deſerere, atque ſic proponendum eſt nudè: Lucæ **Bericht von der Lebendigmachung des todten Jünglings zu Nain:** An vero Schema Exordii per totam concionem continuare; atque tunc propoſitio non poteſt non eſſe Schematica: **Von der Aufferweckung des im Tode entſchlaffenen Jünglings.**

Denique §. 2. & 4. taxantur illi, qui Applicationem & Uſum textûs proponunt. Quo nomine culpandi quoque ſunt, qui Elocutionem propoſitionis ad Auditorium reſtringunt, v. g. in proponendo Dogmate: **Was Wir glauben ſollen ꝛc.** vel Pædiâ: **Wie Wir uns verhalten ſollen.** Hâc ratione

tione proponitur non Thema textûs, ſed ejus Applicatio ad præſens Auditorium, quæ tamen ad uſus reſervanda foret rectius.

## AD APHOR. III.
## De PARTITIONE.

Tertia Concionis pars eſt PARTITIO, diſtribuens Tractationem memoriæ & Methodi cauſâ in certas partes, vel principales, generaliores & primarias: vel minus principales, ſecundarias & magis ſpeciales. Unde Partitio duplex emergit; Prima & Secunda. *Prima* eſt, quæ propoſitionem, vel (ſi hæc deficiat) tractationem ipſam in partes principales diſpeſcit. *Secunda*, quæ partes iſtas generales à Primâ determinatas iterum in partes minores ac ſpecialiores dividit. Illa vocatur κατ' ἐξοχὴν Partitio; hæc autem Subdiviſio. Atque de hâc B. Autor incidenter egit §. 2. hujus Aph. eamque monuit propoſitioni non immediate ſubjiciendam, imò ne quidem ſingulis Partibus præmittendam apertè, ſed potius occultandam eſſe per totum ſacri ſermonis curſum, cum artis ſit artem celare.

Quale quid & Hulſem. præcipit p. 136. Verum enimverò conſuetudo nunc aliter invaluit. Nec malè. Solemus enim ſubdiviſiones cujusque partis ſub initium ejusdem plerumque deſignare; Idque in gratiam tam Studioſorum, ut hâc ratione artificium diſponendi eò rectius percipiant; quàm Auditorum reliquorum, ad juvandam eorum memoriam: ut non ſumma ſolùm Capita, partesque concionis principales teneant, ſed & facilius recordari poſſint eorum, quæ circa quamlibet partem primariam in ſpecie dicta ſunt. Quare per nos licebit, ſive quis velit Subdiviſionem reticere; ſive malit eandem explicitè determinare, dummodo hoc non immediatè fiat poſt partitionem primam, aut etiam numericè proferatur (primò, ſecundò, tertiò) ſed per particulas diſtributivas (initio, deinde, porro, denique). Aliàs partes diviſæ cum ſubdiviſis de facili confunduntur.

Partitio prima fuſius pertractatur h. I. ejusque 1.) *Forma* ſ. modus, quô formari, 2.) *Locus*, quo proponi, 3.) *Elocutio* quâ efferri debeat, oſtenditur.

*Ad 1.) Formam* quod concernit, obſervanda ſunt ſequentia ejusdem Requiſita; Sit (α) Accurata (β) Ordinata (γ) Adæquata (δ) Abbreviata (ε) Proportionata. De ſingulis diſtinctè.

(α) ACCURATA ſit Partitio, ut partes magis vel minus cognatas dijudicet, & commodè diſcernat; nec conjungenda ſegreget, aut ſegreganda conjungat. Nam in quovis Textu partes occurrunt vel diſparatæ vel cognatæ. Diſparatas vocamus, diverſa genera cauſarum, diſtinctas ejusdem generis ſpecies, diverſa objecta. Cognatas vero dicimus, quæ circa idem Objectum, eandemque ſpeciem verſantur, argumenta nempe vel Heterogenea; explicantia, & probantia, aut illuſtrantia; Vel Homogenea, mera explicantia, aut probantia aut illuſtrantia. Jam, quâ ratione partes hujusmodi in partitione convenienter ſeparari poſſint, patebit è Regulis ſequentibus.

Prima eſto: *Quot inſunt textui diſtincta genera, tot partes principales.*

*E.g. 2. Petr. III, 10-12.* (1.) extremum diem prædicit (2.) dignam præparationem præcipit.

Wie Petrus (1.) den Jüngſten Tag ankündiget. (2.) Eine heil. Bereitſchafft erfordert. *Ad 1.)* Subjectum, des HErren Tag. Actus, wird kom̃en. Modus unverſehens / ſchrecklich als ein Dieb &c. v. 10. 12. *Ad 2.)* Expl. quis, quid, quomodo; Ihr ſolt geſchickt ſeyn mit heil. Wandel &c. v. 11. und darauff warten und eilen / v. 12. Probant. à mandato; Wie ſolt ihr nicht h. e. allerdings ſolt ihr. à neceſſario, wo wolt ihr ſonſt bleiben? ab æquo, es iſt des HErrn JEſu Tag / ſein Ehren-Tag / ſein Gerichts-Tag. E. verlanget &c.

